



ANNOTATIONES AD DEMOSTHENIS QUAE FERTUR ORATIONEM LACRITEAM,

SCRIPSIT

F. DE HAAN.

LEOVARDIAE,
APUD W. EEKHOFF ET FIL.
MDCCCXCII.

ANNOTATIONES AD DEMOSTHENIS QUAE FERTUR ORATIONEM LACRITEAM.

ANNOTATIONES AD DEMOSTHENIS QUAE FERTUR ORATIONEM LACRITEAM.

ANNOTATIONES AD DEMOSTHENIS QUAE FERTUR ORATIONEM LACRITEAM.

SPECIMEN INAUGURALE LITTERARIUM

QUOD

EX AUCTORITATE RECTORIS MAGNIFICI

HERMANNI SNELLEN,

Med. Doct. in Fac. Med. Prof.

AMPLISSIMI SENATUS ACADEMICI CONSENSU,

NOBILISSIMAE FACULTATIS

PHILOSOPHIAE ET LITTERARUM DECRETO,

PRO GRADU DOCTORATUS

SUMMISQUE IN

LITTERARUM CLASSICARUM DISCIPLINA HONORIBUS ET PRIVILEGIIS

IN ACADEMIA RHENO-TRAIECTINA

RITE ET LEGITIME CONSEQUENDIS

FACULTATIS EXAMINI PROPONET

FREDERICUS DE HAAN

LEOVARDIENSIS.

D. XII M. Aprilis A. MDCCCXCII, Hora III.



LEOVARDIAE,

APUD W. EEKHOFF ET FIL.

MDCCCXCII.

AAN MIJNE MOEDER.

Edito hoc libello cum vitae academicae finis instet, grato cum animo mihi recordari libet omnes quicumque magistri, commilitones, sodales fuistis.

Tibi, vir doctissime C. M. FRANCKEN, *quod ante hunc diem otium bene meritum contigit, mea causa doleo. Sit tua precor viridis senectus, caritate gaudentis discipulorum, quorum animis saepe profecto Tuae humanitatis imago obversabitur. Inter quos me quoque gratias semper Tibi habiturum esse maximas persuasum habeto.*

Tua praecepta, doctissime vir J. A. WYNNE, *quamquam auribus parum hausi, tamen animo me percepisse, inspecto hoc opusculo Tibi patebit; in quo si quid non displicet, studium illud est* ἀκριβείας *quod me Tibi debere numquam obliviscar.*

Praecipuum vero horum annorum bonum puto, illustrissime H. VAN HERWERDEN, *quod Te magistro usus sum. Quantum omnes quotquot Te audivimus acceptum Tibi referamus iterare supervacaneum est nec Tibi placiturum. Hoc tantum urgere velim, Tuum exemplum alta mihi mente repositum esse mansurum, neque ad nihilum esse casuram eam notitiam quam per Te cum illis contraxi qui*

οὐ τεθνᾶσι θανόντες.

Vobis, amici coniunctissimi, commilitones fidelissimi, non tristis

—

valedico. Scio enim vos eundem erga me animum esse servaturos quem toties ostendistis. In me autem valere quod discebamus:

Caelum non animum mutant qui trans mare currunt

spero confidoque me in patriam reducem esse probaturum, cuius reditus, si fata sinent

ἔσσεται ἦμαρ.

PRAEFATIO.

PRAEFATIO.

Ne quis miretur cur mihi proposuerim annotatione instruere orationem quae iniuria inter Demosthenis circumferatur, non inutilem mihi visus sum laborem suscipere. Privatas enim orationes quae oratorum principis nomen in fronte gerunt, plus aequo neglectas esse constat, ita ut neque G. H. Schaeferi annotationes neque Dindorfii satisfaciant iis quae hodie postulantur; quamquam autem genuinae quaedam post eos viros auctae sunt apparatu satis amplo, eae quae uno ore spuriae vocantur fere abiectae ignorantur. Lectione vero sunt perdignae; non propter sermonis elegantiam aut argumentationis artem, neque ob rerum gravitatem, sed quia ad vitam, mores, instituta veterum Atheniensium cognoscenda fontem uberrime scatentem aperiunt; quam autem quis operam dederit dicendi generi illustrando, eadem necessario genuinae quoque orationes Demosthenis et aliorum melius cognoscentur.

Praeterea placebat mihi varietas materiae tractandae, sperabamque me suscepturum esse quod mearum foret virium, fructumque percepturum lectitandis oratorum monumentis a quibus cursus studiorum adhuc me avertisset. Quae spes partim me

fefellit; nam sero vidi maiorem desiderari peritiam si quis vel unam oratiunculam apte velit exponere, festinationemque, qua ut uterer rationes meae postulabant, maxime obesse absolvendo operi. Hactenus vero voti compos factus sum quod in investigandis rebus ad argumentum opusculi pertinentibus huc illuc delatus expertus sum quam vere Goetheianum illud sit dictum quod sic ausus sum vertere:

Εὖ βαθὺν ἀνθρώπων πειρῶ βίοτον διερευνᾶν·
Ἄξια πάντ' ἐστιν μελέτης, γνῶσις δ' ἀπόλαυσις.

Igitur quamquam, ut tandem praefari desinam, incepti non poenitet, benivolus si quis erit lector excusabit quae properantius dicta existimaverit.

Sed ad rem transeamus, atque primum quidem videamus quis fuerit Lacritus in quem haec oratio dirigitur. De quo viro quae traduntur e nostra oratione fere sumpta sunt; videmus eum fuisse Phaselitam (§ 1) et discipulum Isocratis (§ 15) et, si petitori fides est habenda, sophistam magistrumque cavillationum (§ 41). Quo tempore oratio habita est nondum fama eius percrebuerat; nam magistri Isocratis nomine potius utitur orator (§ 15) ad eius δεινότητα indicandam, quam ipsius. Inter illius discipulos Lacritus videtur nonnulla auctoritate fructus esse; quo factum est ut in Vita X orat. p. 837,D diserte nominetur Λάκριτος ὁ νομοθέτης Ἀθηναίοις quod eisdem verbis (vel νομοθετήσας) legitur apud Photium (Bibl. p. 487a). Quid illud νομοθέτης sibi velit, plane incertum est. Poterat sane usurpari pro eo quod est ἀναγραφεὺς τῶν νόμων (cf. Lys. 30,2; 28), sed quas quando leges Lacritus scribere potuerit non liquet. Cogitavit K. F. Hermann (Ueber Gesetz, Gesetzgeb. u. gesetzg. Gew. im Gr. Alt. Abh. d. k. Gesells. d. W. zu Göttingen, 1850, p. 66, ann. 198) Lacritum cum Nicomacho, in quem exstat Lysiae oratio XXX[a], et Xenotimo, quem commemorat Isocr. 18,11, post exactos triginta viros Solonis et Dracontis leges populi iussu excripsisse; quod commentum, neglectum a viris doctis qui de hac oratione egerunt, non concinit cum tempore quo oratio habita est, de quo infra agemus. Westermann contra conatur locum laudatum ex-

plicare emendando; vult enim legi: *Λάκριτος (ὁ Φασηλίτης καὶ Λυκοῦργος) ὁ νομοθέτης*. Sic sensus bene se habet, ad Lacritum vero cognoscendum nihil proficitur.

Pluris est alter locus, apud Plutarchum in Vita Dem. c. 28: *Ἕρμιππος* (cuius fragmenta vide apud Müller. Fragm. Hist. Graec. III p. 22 s.) *Ἀρχίαν ἐν τοῖς Λακρίτου τοῦ ῥήτορος μαθητὴν ἀναγράφει*, e quo videmus, pariter atque § 41 obicitur, Lacritum iuniores instituisse arte rhetorica, inter quos infamem illum Archiam fuisse monet, *τὸν φυγαδοθήραν*, de quo cf. A. Schaefer. Dem. u. s. Z. [2]III, p. 292.

Haec sunt quae de Lacrito traduntur. Antequam autem ad causae expositionem transeamus, refellendum est quod Blass. (Die Att. Bereds. III, 1, 1877) p. 502,4 e loco § 7 eruit: Artemonem quidem fratrem fuisse Lacriti, Apollodorum non fuisse; legi enim l.l.: *δανεῖσαι χρήματα — — Ἀρτέμωνι τῷ τούτου ἀδελφῷ καὶ Ἀπολλοδώρῳ*, ut § 3 et 15: *Ἀρτέμωνι τῷ τούτου ἀδελφῷ*. Ceterum, ut infra videbimus, consulto Apollodorus in hac oratione quam rarissime commemoratur; atque si ad § 8 respicimus: *Λακρίτου ἀναδεχομένου μοι πάντ' ἔσεσθαι τὰ δίκαια παρὰ τῶν ἀδελφῶν τῶν αὐτοῦ*, et cum iis conferimus quae leguntur § 6: *ἡγούμενος ποιήσειν αὐτοὺς πάντα ὅσαπερ ὑπισχνοῦντο καὶ ἀνεδέχετο Λάκριτος οὑτοσί*, non possumus quin affirmemus tres illos viros fuisse fratres; vide etiam quae monentur § 15: fratres Lacriti iuniores fuisse, itaque ipsum conscripsisse contractum, § 42: eum suos fratres docuisse calumniari, § 31: fratibus Lacriti rem periisse. Quoniam autem vidimus qui homines partes egerint in hac causa, iam transeamus ad eius expositionem.

Exposuerunt causam:

Libanius in Argumento.

J. Hermann: Einleitende Bem. zu Demosthenes paragrafischen Reden, Erfurt, 1853. p. 13 seq.

A. Schaefer: Dem. u. s. Zeit. III 1858, Beilage p. 286 seq.

Blass. u. s. p. 502. seq.

R. Dareste: Les plaidoyers civils de Démosthène, Paris 1875, I p. 317 seq.

P. Uhle: Quaestiones de orationum Demostheni falso addictarum scriptoribus. Part. I. Hagen 1883.

G. Schimmelpfeng: Orationes quae sunt in Macartatum et in Olympiodorum et in Lacriti exceptionem sub Demosthenis nomine traditae, num unius eiusdemque oratoris esse iudicandae sint. Marpurgi 1887.

Thalheim: Der Prozess des Androkles gegen Lakritos und seine Urkunden. Hermes XXIII, 1888, p. 333 seq.

Androcles quidam (eius nomen occurrit in Argumento et in syngrapha § 10 et 14) Atheniensis (§ 26) mercator (§ 49) permotus a suis familiaribus Thrasymede et Melanopo (§ 6), cum Carystio quodam Nausicrate (§ 8, 10) tria milia drachmarum mutua dederat Artemoni et Apollodoro Phaselitis (§ 1, 7, 36, 55) quibus emeretur certus mercium numerus Athenis in Pontum vehendarum ibique divendendarum (§ 18), hac lege ut pretio sic facto rursus alia ex Ponto parata portarentur Athenas (§ 7, 24, 50). Haec pacti sunt spondente, ut ait petitor, Lacrito, fratres suos omnia secundum contractum esse facturos (§ 7, 8, 15, 16). Sed Phaselitae pecuniam acceptam statim converterunt in alia omnia (§ 17) auctore Lacrito, neque satis mercium imposuerunt (§ 19) et in onus impositum aliam pecuniam mutuati sunt (§ 22) contra disertam contractus condicionem. Evecti sunt cum nave sic onerata Artemo et Apollodorus, quod de priore fratre constat e § 16; de Apollodoro non sequitur, quod Thalheim vult, e plurali § 31 τοῖς ἀδελφοῖς (nam fieri poterat ut Apollodorus, quamquam nautico contractu se obligaverat, domi maneret; cf. or. 56,7), sed potius e pluralibus qui leguntur §§ 28, 52, 53. Pervecti in Pontum onus distrahunt, aliud, ut Lacritus postea affirmavit, imponunt (§ 31) sed interveniente naufragio perit creditoris pignus exceptis centum stateribus Cyzicenis (§ 36). Hanc autem pecuniam mutuam dederunt Phaselitae cuidam navis magistro (cf. ibid.), qui cum conaretur ab homine Chio insuper mutuam sumere pecuniam (§ 52) et ille se daturum esse negaret, nisi Cyziceni Androclis oppignarentur, concesserunt Artemo et Apollodorus ut in pignus cederet pe-

cunia sui creditoris. Quo facto e Ponto Athenas vehuntur (§ 53), appelluntur que in Furum qui vocabatur Portum (ibid. et § 28), et post tempus satis longum (§ 29) Chium petunt (§ 53), ut comitarentur, quod conicere licet, τὸ ἑτερόπλουν δάνεισμα.

Non tulit hoc aequo animo Androcles, se defraudari pignore, sed cum interim Artemo mortuus esset (§ 3,44), quem peteret? Apollodorum noluit expectare, qui litis tempore Chii videtur versatus esse (cf. § 53); aggressus est Lacritum, Artemonis ex asse heredem (§ 4), lite mercatoria. Qui postquam, ut efficis e §§ 55, frustra petivit a debitore ut Phaselitae naucleri reditum expectaret, exceptione usus est, dicens se cedere hereditate (§ 4,44) neque se esse mercatorem (cf. § 49) neque, ut consentaneum est concludere, se spopondisse pro fratribus. Spopondisse enim Lacritum pro fratribus nego; nam § 7 et § 8 quod affirmat Androcles nullo nititur testimonio, quamquam non unus aderat testis sponsioni quam factam esse autumat. Verum rectissime in Argumento τὸ πρᾶγμα vocatur πονηρόν. Aut enim demonstrare debebat petitor Lacritum non cessisse fratris hereditate (cf. annot. ad § 4), aut petere mercatoria lite non Lacritum sed Apollodorum. Alterum autem plane neglegit facere; pro Apollodoro quod Lacritum aggreditur idcirco factum videtur, quod incertum erat quo tandem tempore ille esset rediturus. Ceterum haec est causa cur illius nomen adeo abscondatur et lateat, ut Dareste u. s. plane neglexerit Apollodorum nominare, et A. Schaefer p. 288 eius partes in contractu tantum ineundo commemoret.

De tempore quo causa sit acta bene exposuerunt A. Schaefer, (Beilage p. 290) et Blass u. s. Scilicet e § 46 et 47 concluditur iam instituta fuisse iudicia mercatoria, quae anno a. C. n. 356°, quo liber περὶ πόρων scriptus est, (cf. Boeckh Staatshaush.[3] I, p. 698 seq.) nondum vigebant (cf. l.l. 3,3), sed quorum mentio fit in orationis de Halonneso § 12, habitae anno 342°. Urbes Mendam et Scionam legimus mercaturam facere cum Atheniensibus (§ 10); quae urbes an fuerint in earum Chalcidensium numero quae inter se foedus icerant et post Olynthum

captam a°. 348 deletae sunt (Dem. 9,26) non constat (cf. A. Schaefer. Dem. u. s. Zeit.[2] II p. 154, ann. 2); alioqui, cum Chalcidenses anno demum 352° pacem fecerint cum Atheniensibus, huic anno vel proxime sequentibus assignanda erat Lacritea. Ultimus terminus ad quem descendere potest orationis tempus est annus 340us; nam Isocrates adhuc vivebat (§ 41); qui post pugnam Chaeronensem mortem sibi conscivit anno 338°, simulque, cum mare non infestaretur ab hostibus, pace adhuc fructas esse animadvertimus Athenas, quae pax anno 340° finita est, orto postremo quod cum Philippo gesserunt bello.

Quod si similitudinem satis manifestam quae inter hanc orationem et eas quae in Olympiodorum et Macartatum scriptae sunt, quarum altera anno 341° (Blass p. 498, A. Schaefer p. 239), altera circiter anno 342° (Blass p. 491, A. Schaefer p. 235) habita est, e communi origine licet explicare, his fere annis Lacritea habita esse conicitur.

Origo autem orationis hodie non iam dubitationes movere poterit; nam satis constat eam non esse profectam a Demosthene. Quae res ut demonstretur, non est supervacaneum exponere quo pacto scriptor orationem disposuerit. Ceterum eo difficilius dispositio indicatur quod quas partes plus minusve distinguere solent oratores, in Lacritea confusae sunt. Exorditur igitur per

A. Prooemium, § 1—5.

1). Phaselitas orator ait perfidos esse quod ad mutua pertineat, pluresque fraudes committere quam ceteros omnes qui in Piraeum appellant. (§ 1 et 2).

2). Lacritum a se esse petitum tamquam fratrem heredemque ex asse Artemonis, cui se pecuniam dedisse monet mutuam. (§ 3 et 4).

3). Orare se ut benivole iudices audiant. (§ 5). Sequitur

B. Narratio, § 6—43.

1). Se permotum a Thrasymede et Melanopo tria millia drachmarum feneratum esse Artemoni et Apollodoro, Lacrito spondente, fratres promissis suis esse staturos (§ 6—8). Per

Transitionem (§ 9),
de qua cf. ad Herenn. 4,26,35, inducitur
Contractus qui recitatur (§ 10—13) cum
Testimoniis (§ 14).

2). Iterat orator, Lacritum fidem suam interposuisse; scripsisse eum et obsignasse contractum; fratres enim eius admodum adolescentes fuisse, itaque, ut rursus inculcat, hunc spopondisse. Acceptam autem pecuniam neglecto contractu in alia esse impensam. (§ 15—17).

3). Iam primum non satis mercium navi esse impositum verbose demonstratur (§ 18,19) et confirmatur
Testimoniis (§ 20).

4). Tum contra syngrapham, instigante eodem Lacrito, alteram pecuniae summam mutuam esse sumptam, iisdem mercibus oppositis pignori demonstratur (§ 21,22) et probatur
Testimonio (§ 23).

5). Id ipsum pignus queritur orator esse ablatum, cum Phaselitae, spreto contractu, nihil in Ponto navi imposuerint neque Athenas advexerint (§ 24,25).

6). Ita se tamquam a piratis ab his esse fraudatum idque in patria sua, quamvis nulla posset existere controversia de suo iure (§ 26,27).

7). Porro quid factum sit post reditum e Ponto exponit: in Furum Portum appulsam esse navem; sibi autem, cum nihil e nave eximi animadverteret suspicionem fraudis incidisse; conquestumque se apud Lacritum comperisse, navem esse fractam in Ponto et hypothecam periisse (§ 28—31).

8). Sed falsa haec esse ait; naufragium enim iacturamque mercium nihil pertinere ad debitores suos (§ 32,33), quae res confirmatur
Testimonio (§ 33,34)
et Argumento (§ 35). de quo cf. Quintil 5,10,11.

9). Accuratius sibi inquirenti Androcles contendit concessisse Lacritum, maiorem partem mutui superesse; verum fratrem eam elocasse Phaselitae cuidam; quod aperte pugnare cum syngrapha denuo recitato

Contractu (§ 37)

demonstrat, de quo vehementer interrogat iudices quid sentiant, acerbeque conqueritur nihili eum esse factum a debitoribus (§ 38,39).

10). Propter quas fallacias ira abreptus invehitur in sophisticam institutionem et artem Lacriti, discipuli Isocratis, quibus fretus exceptionem interposuerit. Sed eum, quamquam profitentem se sophistam malarumque artium doctorem non eo adducturum esse iudices ut credant pactionem a Phaselitis non esse migratam. Itaque orator provocat Lacritum ad demonstrandum qua tandem re ipse iure sit potior (§ 40—43).

C. Refutatio.

1). Ut autem exceptio iniuria mota esse videatur, perhibet illum acerbe exacturum fuisse, si Artemoni mortuo quidquam Athenis debitum fuisset, neque hereditate fuisse cessurum, sed affirmaturum fuisse Lacritum litem esse mercatoriam (§ 44—45).

2). Monet porro quae sua pericula sint si causa ceciderit rogatque, singulis magistratibus enumeratis, cui talia iudicia sint tradenda, nisi huic tradantur, cum ipse sit mercator, ille mercatoris heres (§ 46—49. Atque denuo digressus in

B[2]. Narrationem

demonstrat se Lacriti opera in extrema venturum fuisse pericula propter leges violatas; non enim licere pecuniam mutuam dare nisi quae Athenas sit reditura (§ 50), quae res

Lege recitata

probatur (§ 51); eos autem passos esse onus sua pecunia emptum avehi Chium; quod quo modo acci-

derit exponit (§ 52, 53). Praeterea hunc legum contemptum ipsi urbi damno fuisse (§ 54). Denique in

D. Epilogo

repetit se ab illis poscere pecuniam; nihil enim sibi rei esse eum Phaselita nauclero cui debitores contendant pignus suum esse traditum (§ 55) oratque iudices ut sibi subveniant, cavillatoresque poenis persequantur, quam rem profore ait civitati. (§ 56).

Haec fere est orationis dispositio. Iam primum animadvertere possumus narrationis enormen verbositatem quae sola e 56 paragraphis occupet 41, quod quantum distet ab usu Demosthenis patebit ex hac tabula quae orationes privatas sine dubio genuinas complectitur.

Orationis	27^{ae}	narratio	e 69	§§	obtinet	§ 4- 6.
„	28^{ae}	„	„ 24	„	„	§ 14—17.
„	30^{ae}	„	„ 39	„	„	§ 6—8.
„	31^{ae}	„			deest.	
„	36^{ae}	„	„ 62	„	occupat	§ 4—11, 12—17.
„	37^{ae}	„	„ 60	„	„	§ 4—8; 10—13; 14—16.
„	38^{ae}	„			deest.	
„	39^{ae}	„	„ 41	„	occupat	§ 1—6.
„	41^{ae}	„	„ 30	„	„	§ 3—5.
„	54^{ae}	„	„ 44	„	„	§ 3—6; 7—12.
„	55^{ae}	„			non distinguitur.	
„	57^{ae}	„	„ 70	„	occupat	§ 6—7; 8—14; 15—17.

Nusquam igitur hae ambages inveniuntur in expositione causae; vis enim orationis vere Demosthenicae posita est in argumentatione (cf. Blass. u. s. p. 181), quae hic nulla est. Nam quamquam testimonia congeruntur, non probatur Lacritum teneri sponsione pro fratribus suscepta (cf. § 7, 8, 15, 16), neque adiisse eum Artemonis hereditatem (cf. 3, 4, 16, 14, 49). Summam si subducimus, efficitur post Artemonis mortem Apollodorum peti potuisse lite mercatoria, Lacrito vero nihil rei cum petitore intercessisse. Sed quis oratorum principem sic disputare potuisse credat? Vide porro ridiculum conatum ad-

hibendi πίστιν ἔντεχνον § 47 s., idque cum Demosthenis virtus oratoria in nulla re magis cernatur quam in argumentis e conexu rerum ductis!

Restat, de quo agamus, orationis sermo. Iam veteres quidam critici Lacriteam propter τὸ τῆς φράσεως ἀνειμένον et formulam iurandi (§ 40) a Demosthene abiudicaverunt, quos refellere se putat Libanius in Argumento. Blassius contra (u. s. p. 506; 507) ea enumerat quae potius conveniant sophistae parum habili quam summo oratori. Sunt autem haec: vastum dicendi genus et iteratio (§ 7; 15; 19; cf. 17; 25; 29; 30; 31 cet.); sententiarum laxa structura (§ 1 seq; 3 seq; 6 seq; 36); poetica dictio apparens in vocabulo τοκεῖς (§ 48); inusitatorum verborum aucupium, velut dicitur τοιχωρυχεῖν (§ 9); convicia agrestia (§ 8; 40; 46; cf. § 26; 39 cet.); cumulationes verborum (§ 19, 17, 47); postremo facetiae (§ 1 seq; 16; 26; 40 seq.), quas A. Schaefer (u. s. p. 291) docuit alienas esse a Demosthene. Contra hic illic genus dicendi satis vividum apparere monet (cf. § 16; 45—49), ita tamen ut multo sit infra genuinarum orationum.

Iam ante Blassium demonstraverat Benseler (De hiatu, Friberg. 1841) p. 137, 138, nihil curasse auctorem Lacriteae concursiones vocalium etiam si facile possent evitari; quae neglegentia (cuius exempla unumquodque orationis comma praebebit neque attinet hic enumerare) late ab usu Demosthenis distat, quamquam non Isocratis in hac re nimiam diligentiam sectatus est. Sic ea quoque lex cui Blassius obtemperasse Aeschinis adversarium invenit (cf. eius librum supra laudatum p. 99 seq.) ne plus quam duae breves syllabae sese exciperent, in hac oratione plane spreta, vel potius ignota est scriptori. Alia argumenta addidit Schimmelpfeng u. s. e sermonis proprietate sumpta, quae infra suo loco tractabimus; vide eius dissertationis p. 34; 35; 37 s. f; 34 s. f; 63 s. f; 65; 67; nunc sufficiat concludere et propter ambages dispositionis et propter ineptiam argumentorum et inconditum dicendi genus Lacriteam a Demosthene esse abiudicandam.

Agnovit autem Blassius similitudinem satis manifestam inter hanc orationem et eas quae inscriptae sunt: adversus Macartatum et Olympiodorum; sic conferendam esse § 54 cum or. adv. Ol. 55; § 43 cum Mac. 41; (cf. ibid. 34,61 et Lacr. 22); § 32 cum Ol. 38; § 2 cum Mac. 68; Ol. 56; §§ 4; 24; 35; 52; propter transeundi formulas cum Ol. 57; Mac. 72; eadem verba occurrere § 5 et Mac. 2; § 8 et Mac. 83; § 17 et Ol. 44; § 27 et Ol. 55; § 56 et Ol. 58; Mac. 84; cum iuris iurandi formula § 40 conferendam esse eam quae legitur or. adv. Ol. 2. Videmus igitur nonnullis in rebus hanc orationum triadem inter se concinere, verum monendum est ut circumspecte utamur iis quae a Blassio sint collata. Nam genus dicendi in aliquo opere perspectum etsi facere potest ut id abiudicemus ab hoc vel illo scriptore, tamen firma argumenta ad adiudicandum raro praebebit. Itaque utrum cum Blassio uni eidemque auctori orationes adv. Lacritum, Macartatum, Olympiodorum liceat assignare annon, non ausim decernere, praesertim cum non videam cur vel pessimus orator in argumento vulgarissimo tractando propter verborum inopiam ipse se imitatus sit aut, fortasse post longum intervallum, iterum iterumque in eadem verba inciderit. Sed mallem stare cum Blassio quam cum v. d. Schimmelpfeng; cuius, cum refellere summum illum virum conatur, hoc firmissimum sit argumentum (p. 63): „particula δή, inquit, non exstat in oratione Lacritea;" (vide tamen § 14) „ex quo certo possumus concludere hanc neque Demosthenis esse neque eiusdem oratoris atque orat. XLIII^am^ et XLVIII^am^," (in quibus illa particula novies et septies legitur). Ad talia descendunt qui probare volunt quae praestat indicasse. Quae praeterea de illo discrimine profert, eiusdem farinae sunt; sic loquacitatem ait in Lacritea minorem esse (p. 31), hypophoram § 47 seq. alacriorem esse quam eam quae legitur adv. Mac. § 33. Quasi vero non difficillimum sit sibi semper constare.

Uhle contra dissertatione laudata quaecumque species similitudinis erat inter tres orationes quas dixi, eam arripuit; cum autem simul vellet ostendere orationes 46^am^, 47^am^, 49^am^, 50^am^,

52am, 53am, 59am inter se eundem auctorem habere, diversum ab eo quem aiunt priorem seriem conscripsisse, improbo labore parum profecit; quae enim convenire videntur non plura sunt quam quae discrepant atque argumentatio, minutissimis rebus nisa, non potest non infirmissima esse. Quae tamen laudabili industria congessit, hic illic infra in meum usum convertam.

Restat ut de litis instrumentis orationi insertis dicamus, qua in re adversarium habemus A. Westermann, qui loco infra laudato singula neque huius orationis sola instrumenta impugnavit, falsario ea adscribens. Quam opinionem, postquam aliquamdiu regnavit, praesertim cum negari non posset publicas orationes a grammaticis auctas esse subditiciis formulis legum, decretis, testimoniis, exstiterunt tandem qui conati sint refellere, profecti ab inscriptionibus lapidum interim repertorum. Sic Lacriteae instrumenta inaugurali dissertatione tractavit J. E. Kirchner (Halis Saxonum, 1883), demonstravitque nomina quaedam testium occurrere in titulis; postea (cf. annot. ad § 14) idem vir doctus aliud nomen testis, additis patris et demi, ex eodem fonte hausit. Haec argumenta (nam quae praeterea Kirchner monet parvi momenti sunt) satis gravia esse negari non potest; quem enim falsarium tanta diligentia consarcinasse putamus quisquilias suas ut vel lapides scrutaretur ad fallendos posterorum saeculorum viros doctos? Nec non tenendum est, agi de oratione privata, quae cum nec gravitate argumenti nec sermonis nitore eluceret, numquam potuerit multos invenire lectores in quorum usum desiderarentur contractus, lex, testimonia, quae exstant.

Sed disquisitionis cardo in hac re vertitur, concinantne instrumenta litis cum oratione. Quod cum perspexerit Thalheim, loco supra laudato sic fidem illis habendam esse comprobavit ut vix locus dubitationis relinquatur. Atque summi est ponderis, quod adversa fronte pugnant testimonia cum oratione. Illa enim directa sunt in Apollodorum, hac vero petitur Lacritus; quem autem falsarium tale quid admisisse credibile est, idque cum, ut supra vidimus, Apollodori partes in oratione adeo abscondantur ut a quibusdam viris doctis qui de Lacritea scrip-

serunt vix eius mentio fiat? Quamquam recte Apollodorum convincunt testimonia; sed, cum avectus esset Chium, Lacritum aggressus est Androcles, cui fortasse, ut conicio, hanc quoque ob causam properandum erat, quod sponsiones in unum tantum annum valebant (vide legem apud (Dem.) 33, 27: τὰς ἐγγύας ἐπετείους εἶναι); spopondisse autem Lacritum pro fratribus in animo habebat contendere. Quo fit ut testimonia ante in Apollodorum data proferantur ad ea probanda quae iure in debitorem fraudulentum dicantur, sed ad sponsionem nihil pertineant. Itaque consentiunt non quidem cum oratione sed cum conexu rerum ex oratione summa cum sagacitate eliciendo. Quod si dicat quis falsarium illum, qui ut nobis fucum faceret, titulos lapidum etiam inspexerit (qua diligentia raro etiam antiqui rerum scriptores usi sunt) eo quoque curae progressum esse, qui fit ut testimonium quod § 34 legitur rursus pugnet cum oratione, et pugnet in re nullius momenti (cf. annot.) quae facile transscribi posset?

Atque ne id quidem momentum habet quod optimus codex Σ litis instrumenta omittit; in quo codice quamquam desunt Lacriteae et Macartateae et orationis prioris in Stephanum testimonia cet., at leguntur contra ea quae addita sunt orationi in Neaeram, ut taceam de publicis orationibus quarum spurias partes ille religiose servavit. Sic etiam factum est ut numeri stichorum (quidquid sunt στίχοι, de quibus magna est controversia) subscripti his orationibus in Codice Σ tum demum cum numeris versuum editionis Teubnerianae conspirent, si ex orationibus in Lacr., Macart., Steph. I demuntur instrumenta, sed servantur in or. adv. Neaeram (quod computatione facta demonstravit Blass, Rhein. Mus. N. F. 1869, p. 524 seqq.); non enim quod Blass vult corruptus est numerus in posteriore oratione, sed cum ex archetypo transierint illius testimonia, quae primitus posita erat proxime post publicas (cf. W. Christ Abhandl. der K. Bayer. Akad. der. W. I Cl. XVI Bnd., III Abth. p. 200) in codicem Σ, numerus versuum simul translatus est, e quo computaretur scribae merces; illae alterae ora-

tiones, in quibus Lacritea, *ex alio fonte derivata* servaverunt instrumenta, quae Harpocr. s. v. *Μένδη*, *σύλας*, *διωπεύων* citat.

Haec sunt quae generatim ad fidem iis faciendam dici possint; singula testimonia, contractum, legem suo loco tractabimus; iam ad orationem explicandam transeamus.

---

§ 1.

Exordii cum sit propositum, ut iudices faciat benivolos, attentos, dociles (Quintil. 4, 1, 5), cumque orator de suis meritis sibi non praedicare posse videatur, captat benivolentiam ab adversariorum persona (cf. Cornif. 1, 5, 8, Cic. de Inv. 1, 16, 22), adducens eos in contemptum; rem autem adaugens totum genus Phaselitarum petit. cf. Quint. 4, 1, 15 et Ulpian. ad Dem. 19. p. 203: *φυλακτέον δ'ἐν προοιμίοις ἐπ' αὐτῶν τῶν ὀνομάτων ποιεῖσθαι τὰς διαβολάς*.

Est igitur *προοίμιον ἐκ διαβολῆς* (Volkmann: Die Rhetorik der Griechen und Römer.[2] 1885 p. 131). Attenti ut sint iudices, monetur § 5 ad ipsos pertinere Phaselitarum maleficium (Cornif. 1, 4, 7); tum dociles eos reddere conatur rei expositione (Cornif. u. s. Cic. de Inv. 1,16,23, Volkmann p. 137).

p. 923, 18. *οὐδὲν καινὸν ἀλλ' ἅπερ εἰώθασιν.* Figura quae vocatur *σχῆμα κατ' ἄρσιν καὶ θέσιν* (*ὅπερ συνίσταται ἐκ τῆς „οὐ" καὶ τῆς ἐναντίας αὐτῇ καὶ μάλιστα τοῦ „ἀλλά" συνδέσμου*, Anonym. *π. σχημ.* 8. p. 637 W.) quod schema est genus amplificationis, in oratione nostra obvium § 4, 27, 28, 37, 39, 44; vide exempla apud Gebauer App. ad Frohbergeri editionem Lysiae p. 483 s. f. et cf. Rehdantz: Demosthenes' neun Philippische Reden, 1881. Index I s.v. *ἄρσις*, et Straub: De tropis et figuris quae inveniuntur in orationibus Demosthenis et Ciceronis, 1883. p. 125. De alia huius schematis forma egit Francken, Comm. Lysiacae p. 89.

18. διαπράττονται. Saepe de fallacibus machinationibus. vid. Indicem Reiskii. sed cf. 60,7: πολλὰ καὶ λαμπρὰ διεπράξαντο.

οἱ Φασηλῖται. De mercatura urbis Phaselidis vide Thuc. 2, 69, ubi naves longae Athenis mittuntur ad tutandas onerarias ἀπὸ Φασήλιδος καὶ Φοινίκης. confer praeterea Büchsenschütz: Besitz und Erwerb, 1869. p. 433. Notum est magnam advenarum multitudinem semper Athenis esse versatam; cf. ib. p. 443. 444. Atque de Phaselitis quidem idem discimus ex inscriptione C. I. A. II, 11, quam exscripsit Meier-Schoemann-Lipsius: der attische Process, p. 69, ann. 70, ubi certa ratio constituitur, sequenda in litibus de συμβολαίοις quae Athenis sint inita cum Phaselitis. Ita 34, 6 Phoenix quidam, infra § 32 Citiensis argentariam ibi faciunt. Quod ad rem attinet, tenendum est, Athenienses cives meliore loco natos maluisse pecuniam elocare quam ipsos mercatores agere, qua re, cum pauperiores cives non satis fidei haberent, factum est ut mercatura devenerit ad inquilinos. Xen. de Vect. 3, 7 s. Büchsensch. p. 510. Laudes feneratorum leguntur 34, 51.

ὦ ἄνδρες δικασταί. Sola haec appellatio iudicum invenitur in oratione nostra ut in Demosthenis orationibus tutelaribus. De formulis autem alloquendi iudices (quibus attentiores redduntur) vide Sigg (der Verfasser neun angeblich von Dem. für Apollodor geschriebener Reden. Jahrb. f. Cl. Philol. 6er Suppl. B. 1872/3) p. 419, qui demonstrat, Demosthenem (ut Isocratem, Lysiam et Hyperidem), usum esse formulis vel (ὦ) ἄνδρες Ἀθηναῖοι vel (ὦ) ἄνδρες δικασταί, numquam (ut antiquiores) ὦ ἄνδρες, vel (ut Aeschines, Dinarchus) ὦ Ἀθηναῖοι. In genuinis Sigg computat semel allocutionem inveniri in quaternis paragraphis; accuratius numerum subduxit Schimmelpfeng p. 37, quod attinet ad privatas orationes, scilicet semel et nonagies in 322 §§. In Lacritea allocutio bis et tricies in 56 §§ occurrit. Vides quid intersit! Ponitur aliquando formula in initio orationis, ut 20, 1; 32, 1; 7, 1. De ὦ omisso vel addito cf. Lobeck ad Soph. Ai. 1154; Voemel Prolegomena Grammatica ad Dem. Contiones 1857 § 137; Weber ad 23 § 130 p. 392; Rehdantz. Index I

s. v. Anrede; Duncker, Inter privatarum causarum orat. Dem. quae pro genuinis habendae sint. Pars I Progr. Reiffenberg 1877. p. 8.

19. *οὔτοι γάρ* cet. Ironia. cf. Straub u. s. p. 73 seqq. tales Facetiae in hac oratione non rarae sunt. cf. § 16, 40, 42, alienae autem a Demosthene: A. Schäfer, III, Beilage p. 291; Blass. Att. Bereds. III, 1, 506. cf. p. 163 seq.

20. *δανείσασθαι mutuum sumere.* Nonnumquam medium et activum permutari autumat. Lobeck ad Phrynich. p. 468, auctoribus Lex. Rhet. B. p. 239 et Etym. M. p. 248, 23; cuius confusionis cum nulla apud scriptores exstent testimonia librorum vitio deceptos esse grammaticos probabile videtur.

21. *ἐν τῷ ἐμπορίῳ*: ibi enim erant mensae argentariorum. De his mensis vide 47, 51; 52 cll. cum 62;

Polyaen. 6, 2, 2: *Ἀλέξανδρος συνέταξε—προσπλεῦσαι τῷ Δείγματι τοῦ Πειραιῶς καὶ ἀπὸ τῶν τραπεζῶν ἁρπάσαι τὰ χρήματα.* Plura apud Wachsmuth (Die Stadt Athen im Alterthum. Leipzig I 1874 II 1890) II p. 96 seqq. p. 107.

21. *καὶ συγγραφὴν συγγράφωνται ναυτικήν.* Haec in meliore auctore abesse mallem, quippe quae impediant antithesin; in hoc nil muto.

συγγραφῇ autem *ναυτικῇ* opponitur *σ. ἔγγειος* 33,3. Bekkeri Anecd. I, 283: *ναυτικὴ συγγραφή· ναυτικὸν δάνεισμα, ὃ ποιεῖταί τις ἐπὶ ὑποθήκῃ τῆς νεώς, ἐὰν ἄρα σωθείη· εἰ δὲ μή, ἀπώλετο τῷ δανειστῇ καὶ τὸ κεφάλαιον.* Haec nunc sufficiant; infra ad § 10 seqq. uberius hanc rem tractabimus.

συγγραφὴν συγγράφωνται est figura quae Etymologica dicitur, de qua cf. Lobeck, Paralip. II p. 501 seqq., apud veteres gramm. *περιττολογία, παρονομασία, παρονομασία ἐτυμολογική.* Ibid. 503: saepe adhibita est non quia est ornatior sed quia aliud non suppetit: ita § 45 *παραγραφὴν παραγράφεσθαι* et plura alibi. Exempla dabit Rehdantz, Index II s. v. Etym. fig. Quod Gneist (Die formellen Verträge des neueren Römischen Obligationenrechts in Vergleichung m. d. Geschäftsformen des Gr. Rechts. 1845) p. 432 dicit occurrere *συγγραφὴν γράφειν, σ. συγγράφειν*, id nusquam

legitur; legitur aut σ. συγγράφεσθαι, aut σ. γράφεσθαι 56,6; 20; potest etiam dici συγγράφεσθαι περί τινος, Isocr. 4, 177; vel συγγράφεσθαί τι 12,158.

22. εὐθὺς ἐπελάθοντο. Subita mutatio rerum indicatur (cf. Hom. P 99: ὁππότ' ἀνὴρ ἐθέλῃ πρὸς δαίμονα φωτὶ μάχεσθαι ὅν κε θεὸς τιμᾷ, τάχα οἱ μέγα πῆμ' ἐκυλίσθη) temporis notione addita ad Aoristum gnomicum.

---

§ 2.

24. καὶ οἴονται. Enuntiata per καὶ iuncta undeviginti in oratione nostra occurrunt. vide Uhle p. 19.

p. 924,1. τῶν ἰδίων τῶν ἑαυτῶν, cf. ad § 39.

2. σοφίσματα: *cavillationes*; saepius apud Dem. σοφίζεται 18,227; σοφιστής 19,250; σοφίζεσθαι 29,28; σόφισμα 55,31 cet; ita aliquando φιλοσοφεῖν 48,49. cf. Frohberger ad Lys. 24,10.

3. παραγραφή *exceptio*, *translatio*, *declinatio actionis*, Cic. de Inv. 1,8,16. Nomen inde ductum videtur quod exceptio perscripta (34,17) in publico iuxta libellum petitoris qui in σανίδι exaratus propositusque erat, praetereuntibus legenda offerebatur. Cf. Westermann ad 23,15. Ea reus fit actor, κατηγορεῖ τοῦ διώκοντος (34,4), contendens τὴν δίκην μὴ εἰσαγώγιμον εἶναι (§ 46), quod poterat fieri variis de causis, quas vide apud Meier—Schoem.—Lips. p. 833 s. Inter orationes Demosthenicas praeter nostram etiam 32[a], 33[a], 36[a], 37[a], 38[a] agunt de exceptionibus interpositis. Is qui orationem 34[am] habet, contendit δίκην non esse παραγραφικήν. cf. Argumentum.

3. προφάσεις *causationes*, ut 19,100 σκήψεις καὶ προφάσεις, 54,17; alibi de vera causa ut 45, 67: πρόφασιν δικαίαν; 20, 97; 21,98 π. δικαίαν ἢ καλήν. cf. Schoem. ad Isae. 1,9; Mätzner ad Antiph. 5,21. Schaefer. Appar. IV p. 46 et 83. Sic saepe apud Thucydidem et alios.

2. ἀντὶ τοῦ ἀποδοῦναι. Sigg (u. s. p. 429) observavit Demosthenem prae ceteris oratoribus uti infinitivo cum articulo

coniuncto; hunc usum autem paulatim crescere, ita ut in prima oratione adversus Aphobum semel tantum reperiatur, in ceteris autem orationibus privatis semel in quinis paragraphis; spuriarum vero orationum scriptores multo rarius eo esse usos. Ita in nostra oratione reperitur quinquies tantum (§ 2, 19, 42, 46, 50). cf. Stix: Zum Gebrauch des. Infin. mit Art. bei Dem. Rottweil 1881, qui p. 26 locos dat ubi ἀντὶ τοῦ c. Inf. occurrit, et Weiske Jahns Jahrb. 1882 (126), p. 494 seq.

4. πονηρότατοι ἀνθρώπων. De Superl. cf. ad § 52. Incidi forte in huic sententiae simillimum locum Cebetis tabulae c. 21, quem adscribam: καὶ γὰρ ἐκεῖνοι (feneratores perfidi) ὅταν μὲν λάβωσι τὸ ἀργύριον παρὰ τῶν ἀνθρώπων, χαίρουσι καὶ ἴδιον νομίζουσιν εἶναι· ὅταν δὲ ἀπαιτῶνται ἀγανακτοῦσι καὶ δεινὰ οἴονται πεπονθέναι.

4. τεκμήριον δὲ τούτου· πολλῶν γάρ... Interesse aliquid inter τεκμήριον et σημεῖον, quod Ἀντιφῶν ἐν τῇ τέχνῃ contendisse perhibetur ab Ammonio de diff. p. 127, hoc enim ad praeterita pertinere, illud ad futura, ex ipso Antiphonte redarguitur a Mätznero ad 1, 10; cf. Aristot. Rhet. 1, 2. Volkmann p. 197. τούτου post τεκμήριον satis frequens, ut 40,43; 41,17; Plato Symp. 178 B; additur etiam καὶ τόδε: Schneider ad Isocr. 7, 69; γάρ autem, negante Cobeto (ad Hyper. p. 42 seq. Misc. Critica 505 s.) saepe omittitur. cf. Krüger ad Thuc. 2, 50; Gramm. 57,10,13; Weil ad Midianam 35 (préface p. VII); Schneider ad Isocr. 7,69; Gebauer ad Lys. 13. p. 337. Wolf ad Leptin. p. 459,28.

5. τὸ ὑμέτερον ἐμπ. Tamen petitor est civis: § 26 ἐν τῇ πόλει τῇ ἡμετέρᾳ αὐτῶν.

6. ἑκάστοτε: Quandocumque hae lites mercatoriae aguntur, certis anni mensibus; 33,23: αἱ δὲ λήξεις τοῖς ἐμπόροις τῶν δικῶν ἔμμηνοί εἰσιν ἀπὸ τοῦ βοηδρομιῶνος μέχρι τοῦ μουνιχιῶνος.

7. αὐτῶν. i. e. μόνων. cf. 15,20; 40, 22; 23, 48; et saepe. Kühner Gramm. II p. 562,2a; Blaydes ad Arist. Ach. 504; Ast ad Plat. de Legg. p. 27 seqq; Cobet variae lect. 111 delet μόνος post αὐτός Lys. 31, 17.

---

§ 3.

8. οὗτοι μὲν οὖν τοιοῦτοί εἰσιν. Ita noster saepe colligit quae fusius exposita antecedunt, velut § 5, 22, 24, 35, 52. Formulae μὲν οὖν sic usurpatae locos enumerat Gebauer ad Lysiam 13, 30. cf. Kühner II p. 710 c.

Vides autem quam dissoluta sit haec iunctura οὗτοι μέν εἰσιν, ἐγὼ δὲ εἴληχα. Idem transitus 43, 68. Quod attinet ad repetitum οὗτος (οὗτοι—τούτου—τουτῳὶ—ταύτην—τούτους), talia apud optimos quosque auctores reperiuntur. cf. Fox ad or. de Megalopolitis § 4 p. 68.

9. χρήματα δανείσας. De vocabulo δανείζειν disputat Salmasius de Us. p. 15 s: proprie nihil esse nisi *mutuum dare*. Nonius (p. 513, 16): mutuum a fenore hoc distat, quod mutuum sine usuris, fenus cum usuris sumitur. Plaut. Asin. (1, 3, 95): Nam si mutuo non potero, certum est sumam fenore. Itaque saepe plenius dicitur δανείζειν ἐπὶ τόκῳ, pecuniam fenore dare, in fenore collocare, ratione habita etymologiae; nam quam in usu etiam cotidiano statuunt antiquiores distinctionem verborum χρῆσαι et δανεῖσαι, eam redarguunt quae profert Lipsius, annot. 550 ad Meier-Schoemann u. s. Itaque permiscetur aliquando cum χρῆσαι: 49, 6 et 7; 23 cet.

Petitor autem est ἔμπορος, § 49; non enim mensarii soli pecuniam fenore dabant; velut pater Demosthenis 27, 9 talentum collocaverat. Feneratorum genus extolliter 34, 51. Saepe mercatores qui navigantes amicitias cum peregrinis contraxerant postea se dabant rei argentariae, in ea adiuti ab his externis sociis: vide 33, 48.

Ἀρτέμωνι, omisso articulo.

In Lacritea articulus ponitur cum nomine proprio tricies ter, omittitur sexagies semel (Uhle p. 75). Sigg autem p. 430 demonstravit apud Demosthenem in genuinis orationibus articulum addi hac ratione, ut si semel ponitur, quinquies omittatur. (Accuratiorem computationem vide apud Duncker u. s. p. 16).

Potest autem hoc indicium inservire dignoscendis genuinis a

spuriis, quoniam nomina propria tam saepe occurrunt, ut non fortuito magna discrepantia existere possit.

10. *τούτου.* nondum nominavit adversarium. Demosthenes contra semper nomen indicat initio orationis (18,3; 19,2; 20,1 cet).

10. *κατὰ τοὺς ἐμπορικοὺς νόμους.* Leges mercatoriae tempus non tulerunt; quid autem iuberent patet ex 32, 1: *οἱ νόμοι κελεύουσι τὰς δίκας εἶναι τοῖς ναυκλήροις καὶ τοῖς ἐμπόροις τῶν Ἀθήναζε καὶ τῶν Ἀθήνηθεν συμβολαίων καὶ περὶ ὧν ἂν ὦσι συγγραφαί·* 34, 42; vide infra ad §§ 50. 51.

11. *(δανείσας) εἰς τὸν Πόντον καὶ πάλιν Ἀθήναζε* (De praegnanti constructione cf. Krüger. Gramm. 68, 21, 4). Hoc est quod vocatur *δάνεισμα ἀμφοτερόπλουν*, cui opponitur *δ. ἑτερόπλουν*, si pecunia mutua datur qua emptae merces Athenis exportentur tantum, reddenda post adventum in portum externum.

12. *πρὶν ἀποδοῦναι*: non reddita pecunia. Dicitur ibi quoque *πρίν* ubi quod sequitur prorsus non fit: 20, 145; 24, 109. Xen. Anab. 4, 3, 12: *διαβῆναι πρὶν βρέξαι τὰ αἰδοῖα.* Plato Lach. 180 E: *πρότερον ἐτελεύτησε πρίν τί ἐμοὶ διενεχθῆναι.* Aeschin. 3, 235, cet. Gebauer Append. ad Lys. 12, 17. *πρὶν ἤ* (apud Herod. 1, 19 cet frequens) Elmsl. ad Med. 215 concedit scriptoribus prosae orationis. Magnas hoc iudicium dissensiones excitavit; negant Dindorf p. IV edit. Lips.; praef. ad Isocr. V; Comm. ad Aristoph. T. VI. p. 604; Benseler praef. ad Isoc. p. XXX, 3. Baiter ad Isocr. 4, 9; affirmant contra Mätzner ad Lycurg. 128. p. 295; Poppo ad Thuc. 5, 61, 1; Rehdantz ad Lycurg. 128; Kühner Gramm. II. p. 949*c*, quamquam omnes dant, apud antiquiores Atticos hunc usum esse rarissimum. Schaefer Annot. ad 20, p. 486 v. 13 reicit; quem sequi malo.

12. *Λακρίτῳ τουτῳί.* Non raro *οὑτοσί* ponitur ante nomen. cf. Cobet, V. L. p. 229. N. L. p. 629. Dem. 18,114; 19,2; 33,16; 42,1; cet. Raro *ὁδί* occurrit de adversario: 18,207; 43,26. In Lacritea semper eius nomini additur *οὑτοσί*, praeter § 31.

13. *εἴληχα* quoniam sorte diiudicatur quo ordine causae sint agendae. Mei.-Schoem.-Lips. p. 792 s; saepe omittitur *δίκη·* etiam *λαγχάνεται ἐμοί* 23,76.

14. *νόμους τούτους*: δεικτικῶς, digito monstrat leges quas secum attulit; 20,42; 21,43 cet.

14. *τὸ συμβόλαιον* generale nomen pactionum inter privatos homines; saepe additur ἰδίων, velut Lys. 5,1 cf. Isocr. 12,11: οὐ περὶ τῶν ἰδίων συμβολαίων ἀλλὰ περὶ τῶν Ἑλληνικῶν καὶ βασιλικῶν καὶ πολιτικῶν πραγμάτων. 12,144, cet. Saepe adhibetur de pecunia credita (32,1; 27,27; 34,1, ut συμβάλλειν 37,54; 34,1; 36,27); quin etiam ipsam pecuniam creditam designat 49,2; Isocr. 7,33 s; Lys, 12,98.

Multas orationes habitas esse de talibus contractibus vel inde patet, quod Lysiae orationes περὶ ἰδίων συμβολαίων in partem specialem erant digestae (Blass. Att. Bereds. I. ed. altera 1887. p. 367). cf. Mei.-Schoem.-Lips. p. 675 seq.

---

§ 4.

15. *ἅπαντα*: *totam rem*, ut Ar. Aves 1352: ἄγχειν ἐπιθυμῶ τὸν πατέρα καὶ πάντ' ἔχειν. Blass (III. 1. 502, 4) miratus quaerit qui fieri possit ut Lacritus sit heres ex asse vivo Apollodoro; negat igitur tres viros illos fratres esse. Sed Lacritus poterat esse frater germanus, Apollodorus uterinus; hi autem non heredes fiunt si illi exstant (Mei-Schoem. p. 582, 587), quae lex non tantum in cives, sed in inquilinos quoque valebat (ibid. p. 588). cf. 46, 22.

ἔχοντι— καὶ κληρονόμῳ ὄντι genus amplificationis satis otiosum cf. 6: ἐπιτήδειοί εἰσι — καὶ χρώμεθα, 54: ἀκύρους ποιῇ καὶ καταλύῃ. Iniuria Uhle u. s. p. 99 dicit stili curiosiorem oratorem fuisse dicturum: ἔχοντι — καὶ κληρ.ὄντι — καὶ οὐκ ἂν ἔχοντι δεῖξ. νόμ. pro ἔχοντος. Talia anacolutha saepe apud optimos auctores obvia sunt.

16. *καὶ ὅσ' ἐνθάδε* cet. Non facile quisquam concedat iis quae Thalheim (u. s. p. 336) perhibet, dictum hoc esse ironice de aere alieno Artemonis, cum § 44 non commemoretur eum Athenis debitum exigendum habuisse.

18. δεῖξαι: *proferre*, velut Ar. Av. 1045: πικροὺς ἐγώ σοι τήμερον δείξω νόμους.

19. ἐξουσίαν, ἔχειν. (Krüg. Gramm. 50, 6, 4). cf. 24, 123; 151; 57, 12; 23, 67. Raro infin. iungitur per τοῦ, ut 23, 15. cf. Schneider ad Isocr. 7, 20; Schoem. ad Isae. 8. 8; Weber ad Aristocrateam p. 261.

21. μὴ ἀποδιδόναι cet: In hereditatibus debita quoque erant: 49, 43; 36, 36; Isae. 10, 15 seq; Lys. 17, 3 seq. cf. Mei-Schoem. p. 598.

22. ἀφίσταται. Ex hoc loco concludit Lipsius (ad Mei-Schoem. p. 573, annot. 252) fratribus licuisse hereditate cedere, quod idem filiis non licebat.

---

§ 5.

23. ἡ μὲν — — ἐγὼ δὲ δέομαι cf. 48, 56. Sequitur δέησις (insinuatio) de qua vide Volkmann p. 134. Cic. de Inv. 1, 16, 22: Benivolentia comparatur a nostra persona si prece et obsecratione humili ac supplici utemur. Petitionem ut benivole audiant iudices in exordio nemo saepius usurpat quam Demosthenes; raro oratio ea caret (Or. 30, 36, 39 cet). Omnes locos Demosthenicos affert Schulze (Proleg. in Or. adv. Apaturium Lips. 1878) p. 39, 1. Rarissime in media oratione ponitur 43, 17. Pro δέομαι futurum δεήσομαι 19, 1; 34, 1; 37, 3; 38, 2; παραιτήσομαι 21, 58; αἰτήσομαι Lys. 19, 2; Antiph. 5, 4 ubi vide Mätzner.

εὐνοϊκῶς ἀκοῦσαι. Quamquam iudices iure iurando obstringebantur ut aequi et attenti audirent (Dem. 18, 2; Isocr. 15, 21), tamen non semper attentos fuisse par est. cf. Aesch. 2, 24: ἐπαινῶ δ' εἰς ὑπερβολὴν πάντας ὑμᾶς ὅτι σιγῇ καὶ δικαίως ἡμῶν ἀκούετε et D. 45, 6: οὐδὲ λόγου τυχεῖν ἀξιωθείς. De formula iuris iurandi D. 24, 149 s. cf. Westermann. Comm. III p. 8 seq. Mei.-Schoem.-Lips. p. 153 s.

ἡμᾶς: me et socium meum. Ne in genuinis quidem orationibus umquam numerus pluralis invenitur de una persona (ne 23, 3 quidem, cf. Weber); raro Isocrates eum sic adhibet, nisi forte ad hiatum evitandum (Schneider ad 4, 14), numquam Lysias (Frohberger ad 12, 100), Aeschines aliquoties (Weidner ad 3, 8). Interdum inconstantissime oratores transeunt ab hoc plurali ad singularem numerum. Mätzner ad Ant. II, γ, 2.

27. καὶ ὑμᾶς. cf. 18, 88: τὸ δὲ ὑμεῖς ὅταν λέγω, τὴν πόλιν λέγω. Commune hoc est oratorum artificium ut conentur demonstrare totius populi interesse ipsos causa vincere.

27. βοηθεῖτε ἡμῖν τὰ δίκαια. Schoem. ad Isae. 7, 4 comparat Ar. Ach. 655: κωμῳδεῖν τὰ δίκαια, quod sit κωμῳδοῦντα λέγειν τὰ δίκαια. Plenius legitur 54, 42: βοηθεῖν καὶ τὰ δίκαια ἀποδιδόναι. Conferendum videtur συνεργεῖν τινί τι, συλλαμβάνειν τὰ δύνατα τῇ πόλει, Ar. Eccl. 861, τούτῳ τὰ ψευδῆ Isae. 9, 25. cf. Krüger 46, 5, 4.

Imperativus βοηθεῖτε post δέομαι ut post χρή Lys. 30, 6; ἄξιον Lys. 25, 20. Plerumque legitur βοηθῆσαι, servata constructione, ut D. 27, 3; 54, 2 cet. vel alius Infin. ut 40, 4; 38, 2.

---

§ 6.

Incipit narratio (διήγησις Aesch. 2, 44), quae tum erit laudanda cum est brevis, dilucida, verisimilis (Cic. de Inv. 1, 20, 28. Cornif. ad Herenn. 1, 9, 14. Volkmann, Rhetor.[2] p. 153 s). Quae virtutes quam non reperiantur in Lacritea, primus adspectus demonstrabit tabulae qua orationem digessimus. Imprimis illud praeceptum (ad Herenn. l. l.) ne bis aut saepius idem dicamus prorsus neglectum iacet. Dilucida nostra oratio quadamtenus est; sed spectantes eius propositum, ut culpa Lacriti sub oculis ponatur, negemus necesse est id successisse oratori.

28. ἐγὼ γάρ. In initio narrationis raro hoc γάρ omittitur;

Dem. 21, 78; 23, 65; 24, 11; 37, 4; 54, 3; Plura dabit Gebauer ad Lys. 12, 3.

p. 925, 1. *Διοφάντου — τοῦ Σφηττίου.* Qui vir saepe apud Dem. honorifice commemoratur: 19, 297: *πολλοὶ παρ' ὑμῖν ἐπὶ καιρῶν γεγόνασιν ἰσχυροί, Καλλίστρατος, αὖθις Ἀριστοφῶν, Διόφαντος———, ἀλλὰ ποῦ τούτων ἕκαστος ἐπρώτευεν; ἐν τῷ δήμῳ· ἐν δὲ τοῖς δικαστηρίοις οὐδείς πω.* cf. 20, 137; 19, 86; 198; Isae. 3, 22. A. Schäfer. Demosth. u. seine Zeit.[2] 1885, I p. 205. C. I. A. II 50. Schol. ad Aesch. 3, 24. Bene igitur se habet illud *ἐκείνου*, quocum cf. Dem. 2, 19; 3, 21; 18, 219; 21, 62 cet. (ubi semper postponitur nomini).

2. *καὶ Μελάνωπος.* Harpocr. s.v.: *Δημοσθένης κατ' Ἀνδροτίωνος· κηδεστὴς Διοφάντου τοῦ ῥήτορος.* Memoria autem lapsus est: vehementer in oratione *κατὰ Τιμοκράτους* laceratur 126 s. De eo cf. Schäfer u. s. I 71; 364 seq. Igitur noster Melanopus, filius Diophanti, nomen accepit ab avunculo.

2. Reiske post *ἐπιτήδειοι* mavult ponere *γάρ*, et haec verba usque ad *οὗτοι* v. 3 parenthesi includere. Sed bene G. H. Schaefer monet, haec *ἀφελέστερον* vincta esse, et esse illud *τῆς φράσεως ἀνειμένον* de quo cf. Argum. p. 923, 12. Tum pergitur per *οὗτος*; vide Rehdantz ad Xen. Anab. 7, 3, 16. Ameis ad Hom. O, 417.

3. *ὡς οἷόν τε* c. Superl. ut 48, 2; 6; 43, 32.

5. *ὁπόθεν δήποτε ἐγνωρισμένοι τούτῳ.* De Dativo cf. ad § 41. Isae. 11, 15: *οἴομαι ἐκ τῶν εἰρημένων γιγνώσκεσθαι ὑμῖν ὅτι—.* Habemus hic ut 40, 48, figuram quae *παράλειψις* vocatur. Straub u. s. p. 101 eam distinguit a praecisione (*ἀποσιωπήσει*); plerumque sequitur *ἐῶ γὰρ τοῦτο*, ut 18, 261; ut evadat praeteritio: 23, 215; 25, 45; cf. ad Herenn. 4, 27, 37: occultatio est cum dicimus nos praeterire aut non scire aut nolle dicere id, quod nunc maxime dicimus. Alexander *π. σχημ.* apud Spengel. Rh. Gr. 3, 22.

---

§ 7.

8. *ἐνεργοί ut rem faciant.* cf. Herod. 8, 26, 1: βίου δεόμενοι καὶ ἐνεργοὶ βουλόμενοι εἶναι. Sic χρήματα ἐνεργά 27, 7 et 10; 36, 5; Isocr. 7, 35 opponuntur iis quae ἀργά sunt; cf. Büchsenschütz, Bes. u. Erw. p. 38. τόκος ἐνεργός idem quod τόκος ἐπὶ τόκῳ in Inscr. (Wa. I. 16) ad § 12. 56, 29: τὸ δάνειον πάλιν ἐνεργὸν ποιεῖν, i. e: rursus fenore collocare; ἐργασία 33, 4; 56, 4; Saepe ἐργάζεσθαι *victum quaerere* 56, 30; 48; 57, 31; praesertim nummis mutuis 56, 50; 45, 34.

8. ἐδέοντό μου — οὐδὲν εἰδώς. Appositio quae partitiva vocatur. cf. Kühner Gr. 246, 8 et 11. Krüg. 56, 9, 1, et Stein ad Herod. 1, 52, 4; genitivus absolutus neglegitur si subiectum eius pars est subiecti sententiae primariae; exempla plura dabit Rehdantz. Ind. II s. v. Apposition. Iniuria igitur Uhle p. 100: Scriptor cum ad commodum finem orationem perducere non possit, postea structuram mutat.

10. προσεποιοῦντο καὶ ἔφασαν. Sic 23, 163 φησί explicatur: προσποιεῖται, quod novissimi editores delent. Verba cognominata, ut quod sequitur ὑπισχνοῦντο καὶ ἀνεδέχετο, cf. § 19, 25, 27, 38, 45, 56.

§ 8.

13. ἄρα apud Demosthenem rarum hac significatione scil. συλλογιστικόν: *ut nunc patet*; Blaydes ad Ar. Ach. 990; Stein ad Herod. 3, 64; plerumque coniungitur cum ὡς, εἰ, ἐάν cf. Rehd. Ind. II s. v. et Fox ad Orat. pro Megalop. § 3.

13. ἦν ἐψευσμένος. Verbum dissolutum in participium et εἰμί satis saepe occurrit. (Krüger. Gramm. 56, 3), praesertim verbum ἔχειν (ἔχον ἐστί). cf. 2, 26 ubi v. Westermann; 3, 25; 18, 13; 23, 73 et Stallb. ad Pl. Symp. p. 216E. Ita γίγνεσθαι c. Partic. (Lobeck ad Aiacem v. 588), quod tamen a prosa

oratione paene alienum est (Krüg. Gramm. Dial. 56, 1, 5). Neque tamen concedo Westermanno ad D. 4, 13 talia, quale est 15, 1: ἅπαντες ὑπάρχειν ἐγνωκότες μοι δοκεῖτε idem esse atque ἐγνωκέναι: videtur ὑπάρχειν ibi significare: *suppetere*, *adesse*.

14. οἵοις θηρίοις. cf. 25, 58: μιαρὸν τὸ θηρίον καὶ ἄμεικτον. 95; 44, 83; 58, 49; Dinarch. 1, 50; hae αἰσχρολογίαι plus semel obviae sunt; cf. § 39, 40, 46, 47.

Mire Uhle p. 103: „post θηρίοις deest οὖσι." Sed vide Kühneri Gramm. II p. 34, 1.

15. πεισθείς — καὶ Λακρ. ἀναδεχομένου. Saepe ita adiungitur Gen. Absol. 18, 194; 21, 206 cet. et Accus. Absol. 24, 73. vide Frohberger ad Lys. 12, 69; Schneider ad Isocr. 9, 55; Poppo ad Thuc. 3, 84, 2; Krüger Gramm. 56, 14, 2.

Tacitus Ann. 14, 39 extr.: non irritato hoste neque lacessitus. Weissenb. ad Liv. 5, 18, 5.

17. ἀναδέχεσθαι, *spondere*, gravius quam ὑπισχνεῖσθαι. Bekk. Anecd. p. 82, 29: ἀνάδεξαι· οἷον ἐγγύησαι. et p. 244, 25: ἐγγυητής· ὁ ἀναδεχόμενος δίκην. Sic Thuc. 8, 81 s. f. cum Inf; Lys. 13, 23; 23, 9, ut X. Hell. 7, 4, 38 ἐγγυᾶσθαι. Nomina autem fideiussorum (τῶν ἀναδόχων Inscr. in Bull. de Corr. Hell. VI p. 68 s.) plerumque recipiunter in tabulas contractus, ut 33, 35; Isocr. 17, 37; et in Inscr. infra ad § 10 laudata; in nostro tamen contractu Lacriti nomen frusta quaeres. Vide quam perfide petitor misceat res: dicit Lacritum spopondisse, quod § 15 repetit augetque; verum nihil ad firmandum testimonii adfert, neque recitata syngrapha quidquam hiscere audet, inesse Lacriti ut sponsoris nomen.

17. τὰ δίκαια ut Isae. 8, 1 τὰ ἐκ τῶν νόμων δίκαια: *quae leges iusta esse praecipiunt*; 56, 12: τὰ ἐκ τῆς συγγραφῆς δίκαια. ibid. 27 τοῦτο τὸ δίκαιον αὐτός σὺ σαυτῷ ὥρισας· contra πάντα δίκαια *nil nisi iustum*. Gebauer Append. ad Lys. 12, 33, p. 226; cf. Dem. 21, 70; Isocr. 18, 11 cet.

---

§ 9.

20. *βούλομαι οὖν ἀκοῦσαι ὑμᾶς πρῶτον.* Transitus tritissimus cuius exempla collegit Gebauer, Append. ad Lys. p. 295 et 207; pro quo interdum Antipho usurpat verbum *ἐθέλω*, cf. ibid. Alibi fit per *βούλομαι δὲ καὶ* 37, 45; 47, 18 cet. *βούλ. δὴ καὶ* 21, 77, *β. οὖν* 43, 31; 48, 11, vel *β. τοίνυν* quod apud solum Dem. vel Ps. Dem. reperitur 24, 212, alibi. Vide etiam Weber ad Aristocr. p. 337. De particula *οὖν* in transitu Rehd. Ind. s. v.

21. *τῆς συγγραφῆς ἀκοῦσαι* cf. 9, 42: *τί λέγει τὰ γράμματα.* Lycurg. 124 etiam: *βούλομαι τῆς στήλης ἀκοῦσαι ὑμᾶς.*

23. *πρῶτον — ἔπειτα* nulla particula adiunctum, 1, 12; cf. 42, 23; 48, 33; Isae. 3, 53, et infra ad § 33.

23. *περὶ τῶν ἄλλων ἐπιδείξομεν* ut 43, 18; 27, 12. cf. Schoem. ad Isae. 6, 65 p. 245. Rehdantz ad Lyc. 65. Schneider ad Isocr. 9, 12. Plato Euthyd. 274 A *ἐπιδείξοντε καὶ διδάξοντε* ut synonyma iunguntur. Stallb. ad Pl. Hipp. Mai. 286 B: *τοῦτον τὸν λόγον ἐπεδειξάμην καὶ μέλλω ἐπιδεικνύναι.* Cum adiectivo *ἀποδεῖξαι* quoque legi potest; neque est cur Stallb. mutet Plat. Charm. p. 158, D *Κριτίαν τόνδε ψευδῆ ἀποδείξω.* cf. quae Mätzner adfert ad Antiph. IV. *β.* 7.

24. *ἐτοιχωρύχησαν* ut 47 *τοιχωρύχους.*

οὗτοι, unus tamen Lacritus adest, Artemone mortuo, Apollodoro absente; sed numerus pluralis complectitur factionem adversariorum, Pluralis de uno eodemque mortuo homine Antiph. II. *β.* 11; saepe etiam a singulari transitur ad pluralem. Schoem. ad Isae. 11, 18; Stallb. ad Pl. Phaedr. p. 231, A.

25. *λέγε*: *recita*, cui interdum pleonastice verbum *ἀναγιγνώσκειν* adicitur. Schaef. App. Crit. II p. 378, ad 18, 305. Raro per se ponitur *λέγε* in orationibus genuinis 36, 56; 28, 11; 12; 13; (Sigg u. s. p. 431); plerumque additur *λαβών*, diciturque *ἀναγίγνωσκε λαβών*, *λαβέ*, *λαβὲ καὶ ἀναγ.* (De orationibus publicis vide tabulam ap. Duncker p. 9). Orationi LVIII[ae] proprius est additus Dativus Ethicus § 17, 19, 22, 26, 28. Lycurgus autem

addit saepe γραμματεῦ (cf. Rehd. ad Lyc. § 36, et in App.), ut etiam Dem. 19, 270; (42, 29).

εἶτα nulla cum particula. Locos dat Schulze p. 66.

---

§ 10.

Sequitur syngrapha, scripta formula ubi συμβόλαιον, pactum privatum, firmatur (Dissen ad Or. de Cor. 122), praesertim, ut addit Gneist (u. s. p. 431), de mutuo; sic 32, 2 οὐδὲν ἦν συμβόλαιον οὐδὲ συγγραφή· neque conventum quidquid erat, neque pacto constitutum. Nomen valde variat: § 14 συνθῆκαι (et 33, 35; 34, 5; 56, 6), alibi γραμματεῖον, συμβόλαιον, de quibus nominibus cf. Gneist, u. s. p. 421; 426 s; 434; 480; Poll. 8, 140. Salmasii opinionem (de Modo Usurarum p. 403. 420. 421), nitentem loco 56, 1, syngraphae hoc fuisse proprium, quod ceris esset inscripta, refutat idem vir doctus p. 477 s. Forma dialectica in inscriptione Caueri infra laudata est συυγγραφός; contra in ea eiusdem parte quae sermone vulgari scripta est, ἡ συγγραφή. Sic vocab. Plautinum, *syngraphus* Asin 4, 1, 1, variat cum Ciceroniano *syngrapha* (pro Mur. 17, 35 cet). Distinguuntur σ. ναυτική et σ. ἔγγειος (Bekk. An. 283), vel συμβόλαια ναυτικά et ἔγγεια (Or. 33, 3). E loco 32, 1: οἱ νόμοι κελεύουσι τὰς δίκας εἶναι τοῖς ναυκλήροις καὶ τοῖς ἐμπόροις — — — περὶ ὧν ἂν ὦσι συγγραφαὶ sequi videtur, non potuisse institui litem mercatoriam nisi syngrapha scripta esset (Lipsius, annot. 412 ad Mei.-Schoem. p. 636); quoniam autem iam tum late patebat usus tales pactiones intricatiores litteris mandandi (Gneist. p. 421. II), fieri potest ut haec postrema a petitore sint addita; parvi enim momenti in iure Attico est, utrum aliquid scriptum exstet annon: 56,2 τοῖς νόμοις — οἱ κελεύουσιν, ὅσα ἄν τις ἑκὼν ἕτερος ἑτέρῳ ὁμολογήσῃ, κύρια εἶναι (idem 47,77), atque lex erat Solonis (Bekk. an. 242): τὸν ἐγκαλούμενον ἐπειδὰν μήτε συμβόλαια ἔχῃ μήτε μάρτυρας, ὀμνύναι.

Atque nostram quidem syngrapham Westermann, qui testimonia Lacriteae inserta efficere conatus est spuria esse, intactam reliquit; quam ob causam nescio; A. Schaefer (Dem. u. s. Zeit u. s.) eam simpliciter reicit; nuperque experta est impetum virorum d. Wachsmuth (Oeffentl. Credit in der hell. Welt. Rhein. Mus. XL, 1885, p. 283 s.), et Szanto (Anleihen griechischer Staaten, Wiener Stud. VII 1885, p. 232 s.), quos ut potero refellam; quod si auctoritatis mihi non satis conceditur, at mecum stant viri d. Dareste (Bull. de Corr. Hell. 1884 p. 370), Blass (Att. Ber. III, 1, 502 ann. 3) Lipsius (ann. 542 ad Mei-Schoem. p. 679) omissis antiquioribus, qui omnia omnium litium instrumenta genuina esse credebant.

Explicatio syngraphae nititur iis quae Boeckh (Staatsh. d. Ath., tertium edidit M. Fränkel 1886) I 173 seq. exposuit, nam antiquiores (Petitus, Salmasius, etiam Heraldus) miras vendiderunt nugas. Adhibuimus etiam Inscriptiones: primum seriem inscriptionum quae agunt de pecunia mutua data urbi Orchomeno, editam Bull. d. Corr. Hell. III (1879) et IV (1880) quae commodissime leguntur in Caueri Del. inscr. Gr.[2] 295 (cuius numeros citabo; a versu autem 79imo incipit contractus); deinde nonnullos lapides ex urbe Arcesina, quos exscripsit Kumanudis in Ἀθηναίῳ X et Bull. de Corr. Hell. VIII, de quibus egit Wachsmuth u. s. p. 287—302, quos laudabo ut Wa. I et Wa. II. De utrisque videatur etiam Szanto loco laudato.

Primum autem certus ordo observatus esse videtur in syngrapha conscribenda et in inscriptionibus, ut patebit ex hac tabula:

SYNGRAPHA LACRITEAE.	INSCR. CAUERI.	WA. I.	WA. II.
		quo tempore contrahatur 1-3.	
1. ἐδάνεισαν.	1. ἐδάνεισαν 79.	1 et 2: πραξικλῆς ἐδάνεισεν 3.	Inscr: mutila est.
2. nomen creditoris.	2. nomen creditoris. 79.		

SYNGRAPHA LACRITEAE.	INSCR. CAUERI.	WA. I.	WA. II.
3. nomen debitoris.	3. nomen debitoris et fideiussorum, 81-95.	3. nomen debitoris, 4.	
4. pecuniae summa.	4. pecun. summa, 95-97.	4. pecun. summa, 4.	
5. tempus.	5. fenus, 97.	5. fenus (5) et fideiussores (6).	
6. fenus.	6. tempus, 98-104.		
7. pignus.		6. pignus, 7-9.	
8. quando reddenda sit pecunia, et quo modo caveatur ut reddatur.		7. quando reddendum sit fenus et quo modo exigendum, 9-17.	1. quo modo mutuum sit exigendum, 1-20.
9. quid fiat, si non reddatur.	7. quid fiat si non reddatur, 104-113.	8. item de mutuo, 17-41.	
10. de pignore.			
11. syngrapham per se ratam esse.	8. syng. esse ratam, 113-114.	9. syngr. esse ratam 41-46, et esse	2. syngr. esse ratam, 20-25, et
12. testes.	9. testes, 114-122.	10. in lapide insculpendam ponendamque in fano, 47-51.	3. in lapide insculptam in fano esse constituendam, 25-26.
13. apud quem sit deposita.	10. apud quem sit depos. syngr., 122-123.	11. testes.	4. testes.

Videmus igitur, quisquis Lacriteae syngrapham scripsit, subtiliter eum cognosse formulas contrahendi, quamquam Gneist u. s. p. 468 s. demonstravit, apud Graecos non valuisse verba concepta quae si desint causam praebeant utendi exceptione, neque in foederibus publicis (Thuc. V 18; 23; 24; 47), neque in pactionibus privatorum hominum. Iam pergamus ad singula.

Quod neque archon neque mensis additur, ipsius debitoris intererat quam celerrime evehi ut merces transportaret, quo facto tempus reddendae pecuniae accurate definitum erat. In inscriptione Wa. I vero agitur de contractu ineundo cum urbe, cuius cum interesse posset ut differret solutionem, recte tempus contrahendi praescribitur.

Incipiunt autem et nostra formula et Ca. et Wa. I per ἐδάνεισε. In inscr. Ca. v. 79 e. s. etiam ἔγγυοι commemorantur εἰς ἔκτεισιν τοῦ δανείου et 100: ἀποδότωσαν τὸ δάνειον οἱ δανεισάμενοι ἢ οἱ ἔγγυοι.

In quibusdam Codd. pro Ναυσικράτης legitur Ναυκράτης, quod et ipsum nomen est proprium (Thuc. 4,119; Aeschin. 1,41), quocum Westermann u. s. p. 83 confert Ναυ(σι)κλῆς, Ναυ(σι)κύδης, Σω(σι)κράτης, Σω(σί)στρατος.

p. 926.1. Ἀθήνηθεν — 3: καὶ πάλιν Ἀθήναζε. Hoc est quod vocatur δάνεισμα ἀμφοτερόπλουν. cf. Hermann.-Blümner. Privatalt. 1882 p. 460,1. et (Dem.) 34,23; Pollux 8,141. Suidas s. v. ἀμφοτερόπλουν.

1. εἰς Μένδην ἢ Σκιώνην ubi vinum emendum et imponendum erat. Via quam sequi oportet indicatur quam accuratissime; or: 56,10 poena constituitur si deflexum erit a praecepto, quoniam et securitas peritura erat, si creditor nesciret ubi pignus suum esset, et pericula maiora poterant fieri; quin etiam (cf. ibid.) lege sanctum erat ne quis nauclerus alio veheretur quam in quod emporium esset constitutum contractu.

Urbes Mende et Scione sitae sunt in ora meridionali paeninsulae Pallenae; vinum autem Mendaeum clarum erat (Steph. Byz. v. Μένδη). Ab Hippocrate vocatur λευκός, μελίχρους, αὐστηρός. cf. Pollux 6,15 et Athen. I 29 D, E, F, alibi. Locum citat Harpocr. s. v. Μένδη.

2. εἰς Βόσπορον. Intellege urbem Panticapaeum, quamquam 3,7,50,52 Pontus tantum vocatur. Alioqui enim creditor non neglexisset queri de perfidia debitorum, qui vecti erant Panticapaeum. cf. 31,32. Hanc autem urbem, sitam in introitu paludis Maeotiis, dictam a flumine Παντικάπης, quod influit in Borysthenem (cf. Steph. Byz.) nominari etiam Bosporum apparet e Plin. H. N. 4,12,24. Componuntur 20,33 Theodosia et Bosporus ut infra § 31 Theodosia et Panticapaeum.

2. ἐὰν δέ cet. Si libuerit, oram sinistram Ponti licebit sequi usque ad Borysthenem. Fieri autem potest ut hoc quoque nomine designetur urbs, Olbia scilicet, ad ostium Borysthenis sita, quae interdum ita audit; Strabo 7. c. 306. De ea cf. Büchsenschütz p. 429,430; Hüllmann, Handelsgesch. der Griechen 1839. p. 144.

3. καὶ πάλιν Ἀθήναζε diserte additur 56,29; 34,23; lege est vetitum in alium portum pecuniam mutuam dari (infra 50; 56,5), semperque finis itineris addi debet, ad constituendam fenoris summam; ita 56,12; 22. Plerumque testes adhibentur ad pro fectionem, ut constet abhinc periculum esse creditoris, ut 34,28.

4. ἐπὶ διακοσίαις cet. Ita semper indicatur modus fenoris. 1,15; 19,96; 27,9; 17; 35; 28,13. cf. Krügeri Gramm. 68,41,8. Inde est derivatum τόκος ἐπίπεμπτος cet. De fenoris summa cf. Boeckh. I 166 seq. 170 seq. Cur semper magna fuerit Athenis vide apud Büchsenschütz p. 496. Cum autem periculum in cursibus maritimis faciendis diversissimum esset, valde variabat fenus, quod hic maximum est propter pericula navigationis in Pontum suscipiendae, Cic. Tusc. 1,20,45; Polyb. 4,42 extrem. Reiciendam esse statuit Boeckh opinionem Salmasii (de Modo Us. I p. 10; V p. 209), perhibentis plerumque solitos esse Graecos uti τόκῳ ἐπιπέμπτῳ, quae opinio, freta loco Xen. de Red. III, 9 nuper defensores nacta est viros doct. Fränkel annot. 224 ad Boeckh. et Lipsium N. Jahrb. f. Phil. 1878 p. 294; neque tamen mihi persuadetur nullius momenti fuisse casus, in navigatione tam incerta subeundos, ad computandum fenus.

Si pecunia sumpta est mutua in unum tantum maris cursum (δάνεισμα ἑτερόπλουν), patet fenus multo minus esse, scilicet denas vel duodenas centesimas, quoniam et periculum creditoris minus est, et ii, quibus iter faciendum est, libenter pecuniam suam ita collocant, quo facto pro ἀργῷ fit ἐνεργός, ipsique possunt rem suam custodire (cf. Bekker, anecd. I. 50,17. Harpoc. s. v. ἐπόγδοον. p. 252,19). Contra 34,23 τόκος ἀμφοτερόπλους est centesimarum triginta. Maximum quod memoratur fenus (Lys. fr. 1) est ἐπὶ τρισὶ δραχμαῖς, i. e. ternarum drachmarum de singulis minis singulis mensibus, vel centesimarum triginta sex: per leges enim licebat quodvis fenus facere; Lys. 10,18: τὸ ἀργύριον στάσιμον εἶναι ἐφ' ὁπόσῳ ἂν βούληται ὁ δανείζων e Solonis legibus.

4. ἐὰν δὲ μετ' Ἀρκτοῦρον cet. Si post ortum Arcturi evecti erunt e Ponto, fenus augebitur, quoniam periculum crescit. Vide quae Arcturus ipse de se praedicet Plaut. Rud. 70:

Arcturus signum sum omnium acerrimum:
Vehemens sum exoriens, cum occido vehementior.

Anthol. Pal. VII, 495,1: Στυγνὸς ἐπ' Ἀρκτούρῳ ναύταις πλόος. quocum cf. (Dem.) 50,2. Liv. 31,47: iam autumnale aequinoctium instabat — — —; itaque hiemales motus evadere cupientes, cet. Sic Arcturus saepe definit anni tempus (Thuc, 2,78; Soph. O. R. 1137 cet); quamquam eius ortus non semper eodem tempore constitit; alium enim diem ei addicit Hesiod. Op. 566, alium Ptolemaeus, cuius rei causam explicat vir doctus apud Dindorf. ad hunc locum.

5. ἐφ' Ἱερόν, apud Herod 4,87 τὸ ἐπὶ στόματι Ἱερόν (u. v. Stein); Cic. Verr. IV, 58,129: in Ponti ore et angustiis. Locus appellatus est a fano Iovis Urii, quo plerumque appellebant qui merces e Ponto transportabant.

Wachsmuth (u. s. p. 302) dicere sustinet, hoc a falsario quem odoratur desumptum esse e loco Ps. Demosthenis 50,18. Sed si locum inspexeris, videbis incredibili sagacitate opus fuisse ad hoc inde eliciendum.

6. τὰς χιλίας. De articulo cf. Krüg. Gramm. 50,2,8. Kühner II 515,3.

6. ἐπὶ οἴνου κεραμίοις Μενδαίοις τρισχιλίοις. De ἐπὶ c. Dativo ad pignus significandum cf. 27,27; 42,26; 28; 49,53; 37,4. Hüllmann p. 21 observat plerumque (exceptiones sunt Strabo 5,328, Herod. 3,6) apud veteres vinum transportari in pellibus. De vino importato in Pontum cf. Büchsenschütz p. 422. Hüllmann p. 135—153.

Cum Μενδαίοις κεραμίοις compara quae plurima congessit Blaydes ad Arist. Lys. 196: Θασίου οἴνου σταμνίον. Tragicos constat multo frequentius adiectivis usos esse pro genitivo substantivi (Lobeck ad Soph. Ai. 7), qui usus in poeticum Romanorum sermonem transiit (Forbiger ad Verg. Aen. 8,526: Tyrrhenùs tubae clangor).

7. πλεύσεται de rebus, ut Dem. 20,31. Xen. Hell. 1,1,22; 4,8,27; Krüger ad Thuc. 3,51,2. Ita etiam φοιτᾶν Thuc. 8,18,1; ἰέναι Xen. Hell. 4,2,1.

8. εἰκοσόρῳ. Naves viginti remorum iam antiquissimis temporibus commemorantur: Hom. Il. 1,309. Od. 1,280. Thuc. 1,10,14. Hesychius: εἰκοσόρος ναῦς φορτηγὸς τελεία εἰκοσάκωπος. Pollux 1,82. De ea cf. Graser (de veterum re navali 1864) p. 46: oneraria navis velis mota, quae paucos remos auxiliares habet, et apud eundem p. 46,2 descriptionem magnae Hieronis navis ex Athenaeo V p. 206*d*—209*e*. Magnas has naves fuisse patet ex oneris summa; et 34,10 videmus praeter nautas τριακόσια σώματα ἐλεύθερα in oneraria nave esse (ubi tamen Blassius edidit τριάκοντα). cf. etiam Büchsenschütz p. 420.

8. ναυκληρεῖ. Salm. de Usuris p. 517: ναύκληρος navicularius, navis magister ac dominus qui eam locat mercatori. Quod bene quadrat in locos qualis est 23,211; alibi tamen ναύκληρος servus est 34,5 cf. 34,7; ipse mercaturam facit 32,4; 34,36.

---

§ 11.

9. *ὑποτιθέασι.* Herodianus: ὑποτίθησι μὲν ὁ δανειζόμενος τὰ ἐνέχυρα, ὑποτίθεται δὲ ὁ λαμβάνων (ubi vide Lobeck p. 468); alibi ἐνέχυρα θεῖναι Ar. Eccl. 755. Plut 451. (Dem.) 53,13; 41,11; τίθεσθαι est *pignus accipere* 49,5; 63; 53,10; sic θέσις 33,12. Plerumque ἐνέχυρον sumitur de rebus moventibus sed 33,10; 56,3 de nave. Salmasii distinctionem (de Modo Usur. p. 486 s), hoc interesse inter ὑποθήκην et ἐνέχυρον, quod illam teneat debitor, hoc creditor, non firmatur cunctis oratorum et gramm. locis. Vide Platner (Der Process und die Klagen, 1824) II p. 301 seq.

Tertium nomen est ἀποτίμημα, pignus datum magistratibus cuius pretium ante initum contractum aestimatur, secundum Harp. s. v.

9. *οὐκ ὀφείλοντες ἐπὶ τούτοις*, nam prior creditor iure potior erat si exigi debebat creditum neque pignus ad solvendum sufficiebat: 27,28; 53,10; Mei.-Schoem. p. 694 s. ὀφείλειν ἐπί (ut δανείζειν supra § 10) 42,26; 28.

10. *οὐδ' ἐπιδανείσονται.* De participio transeunti in verbum finitum cf. Krüg. 59,2,3; Kühner II. p. 657,4; exempla ex Homero petita apud Schaefer. appar. Crit. ad p. 239,2. Saepe idem usu venire post οὐκ — ἀλλά exemplis demonstrat Gebauer Append. ad Lys. 13,18.

10. *ἀπάξουσι.* Qui mercator pignus surripit creditori capitis poterat damnari: 34,50 s.

11. *χρήματα* de *onere* navis, Thuc. 3,74,2; 7,24,2; Xen. Hell. 1,6,37. Alia vocabula vide ap. Büchs. p. 459,3.

11. *τὰ ἐκ τοῦ Π. ἀντιφ.* Attractionis multa exempla dabit Rehdantz Ind. II s. v. Attraction. Stallb. ad Plat. Apol. 32 B. Poppo, de elocutione Thucydidis p. 176. Krüg. 50,8,15. Kühn. II. p. 473 s.

11. *ἀντιφορτισθέντα reparata* (Xen. de Vect. 3,2) infra § 23 ἀνταγοράζω.

Non accuratius definitur quid exportandum sit e Ponto, ne debitor Athenis ἀπρασίαν καταλάβῃ (34,8).

Quid mercium Pontus praestaret docebit Büchs. p. 422.

12. ἐν τῷ αὐτῷ πλοίῳ: nam fieri poterat (ut 34,9) ut debitor in Pontum profectus, inde navem inanem cum nauclero remitteret, dicens se postea rediturum esse cum mercibus coemptis, neque tamen rediret. Quamquam infra p. 927,8 ἡ ναῦς ἐν ᾗ ἂν πλέῃ τὰ χρήματα indicatur fieri posse ut alia nave redeant merces, scilicet si prior fecisset naufragium.

13. σωθέντων δὲ τῶν χρημάτων Ἀθήναζε ἀποδώσουσι. σῴζεσθαι *incolumem redire*, semper de nave 32,5; 8; 56,22; 32; alibi. Hunc locum arripuit Wachsmuth (u. s. p. 302,2): falsarius, inquit, infeliciter haec recepit pro σωθείσης τῆς νεώς, nam 32,5 legitur: οὐσῶν δὲ τῶν συγγραφῶν ὥσπερ εἰώθασιν ἅπασαι, σωθείσης τῆς νεὼς ἀποδοῦναι τὰ χρήματα, quocum cf. 34,33. Sed quis in oratore res necessario augenti illud ἅπασαι tam stricte interpretabitur? Neque semper (Böckh. I 166) navis quoque obligatur creditori; ut infra § 32 videbimus alios pecuniam esse mutuatos in ipsam navem, alios in merces imponendas. Bene autem Thalheim (u. s. p. 341) monet § 30 Lacritum primo tantum de mercibus loqui quibus amissis soluti fratres sint obligatione; in secundum demum locum navem succedere.

Si δάνεισμα est ἑτερόπλουν, creditor aut ipse in nave vehitur (52,20), aut in portu destinato eius negotia procurat socius, aut mittitur aliquis ad pignus comitandum 34,8; 26.

14. ad collocationem verborum τὸ γιγνόμενον ἀργ. κατὰ τὴν σ. cf. 18,220; 19,174; 24,26; Schoem. ad Isae. 1,22; Schneider ad Isocr. 1,29; Krüg. Gramm. 50,10,2.

15. ἡμερῶν εἴκοσιν. Haec dies solvendae pecuniae creditae in rebus mercatoriis etiam Iustiniani tempore observabatur. cf. Nov. 106 et 110. de Vries: De Foenoris nautici conctractu iure attico (1842) p. 98. Non raro ἐπιτίμιον quoddam constituitur nisi intra certam diem solutum fuerit creditum (34,26; 33; 56,38), vel aliter peccaverit debitor.

16. ἀφ' ἧς durior attractio; cf. 18,26; 134; 21,155; 22,30; 29,14; ἔλθωσι de reditu. Krüger ad Thuc. 1,117,2. Heindorf ad Platon. Protag. 310 C.

16. *ἐντελὲς πλὴν ἐκβολῆς* cet. Mire cum his consentiunt quae sanciuntur lege Rhodia (quae vocatur) de iactu, de qua adi Hüllmann u. s. 255 seq, Pardessus Collection des lois maritimes (1828) p. 29; 41,9; 68—70, unde eadem derivata esse dicuntur in ius Romanum. Paulus fr. 1 et 2 pr. et § 3 D. de Lege Rhodia de Iactu (XIV. 2). Quamquam vero libenter concedimus auctoritati viri doctissimi Fränkel (annot. 221 ad Böckh. u. s.), legem Rhodiam septimo saeculo post Christum natum assignandam esse, tamen multo ante viguisse necesse est hanc condicionem in pactionibus nauticis ineundis (sed quam allusionem Pardessus p. 60 dicit inveniri apud Cic. de Off. III c. 23, ego eam frustra quaesivi).

17. *οἱ σύμπλοι* melius versum videtur a viro d. Pardessus p. 46: „le commun accord des passagers" quam ab Hüllmanno p. 257 „die am Bord befindlichen Befrachter".

19. *παρέξουσι sistent.* 56,38 cf. Rehdantz ad Lyc. 43.

20. *ἀνέπαφον.* Isae. 5,1 *ἀναμφισβήτητος* explicatur in Argumento: *καθαρὸς καὶ ἀνέπαφος.* Suid. s. v: *ἀνεύθυνον, καθαρόν, ἀθιγές, ἀψηλάφητον. Μένανδρος Περινθίᾳ· τὰ δ' ἄλλ' ἀνέπαφα σώματ' οὐδ' ἕλῃ*, de quibus verbis cf. Kock. Comic. Att. fr. III p. 114. Infra 21,22 *ἐλεύθερα*, cf. 42,19; 56,38: *ἐμφανῆ καὶ ἀνέπαφα.* A. Schaefer (Beil. p. 286) vertit: „ohne dasz die Eigenthümer eine Verbindlichkeit darauf übernähmen." In inscr. Wa. I. 289,21: *ὁλοσχερές, δόκιμον, ἄσυλον, ἀνέπαφον, ἀτελὲς πάντων*, Wa. II: *ἀκίνδυνον — νόμισμα — δόκιμον, ὁλοσχερές, ἀνέπαφον, ἀτελὲς πάντων.*

20. *κρατεῖν* in hac re proprium 49,11. Si debitor pignus conatur avertere *δίκη* potest in eum intendi quae *εἰς ἐμφανῶν κατάστασις* vocatur 52,10; 53,14; 33,18; 56,3; 38; 40; 45. de qua cf. Mei-Schoem. p. 479.

———

§ 12.

22. *ἐὰν δὲ μὴ ἀποδῶσιν ἐν τῷ συγκειμένῳ χρόνῳ.* cf. inscr. Wa. I 22: *ἐὰν δὲ μὴ ἀποδῶσιμ*, et Ca. 104: *ἐὰν δὲ μὴ ἀποδῶσι πραχθήσονται κατὰ τὸν νόμον*, in eiusdem parte Boeotice conscripta: *Ἠ δέ κα μεὶ ἀποδώει ἁ πόλις Νικαρέτῃ τὸ ἀργυύριον ἐν τῦ γεγραμμένυ χρόνυ.* Vide etiam or. 56,38. Hoc est *ὑπερήμερον* fieri 47,49; 65; 21,81; 45,70; 33,6; cet. de qua re cf. Mei.-Schoem.-Lips. p. 695, 965 s Saepe in contractibus mercatoriis ineundis poena constituitur duplicis debiti, nisi ad diem pecunia soluta erit: 56,10; 20; 34,26; cf. 53,10; 56,38. In inscriptione vero Wa. I tam saevae condiciones statuuntur, ut vix credibile sit, de quibus infra. Vocatur autem *ἐμβάτευσις* illa missio in bona de qua v. 26 agitur. Mei.-Schoem.-Lips. 696; (p. 966 annot. 585 confirmat hoc vocabulum ibi etiam obtinere ubi agatur de rebus moventibus), quam *ἐμβάτευσιν* qui conabatur impedire (*ἐξάγειν*), in eum *δίκη* intendebatur *ἐξούλης* (ibid. p. 666 seq).

24. *τῆς ὑπαρχούσης τιμῆς.* Si enim minoris veniisset pignus, creditor et sibi et debitori nocuisset.

26. *παρὰ Ἀρτέμωνος καὶ Ἀπ.* Non accurate finitur utrum uterque partem an solidum praestare debeat. cf. 56,45 in eiusdem generis contractu: *τὴν δὲ πρᾶξιν εἶναι καὶ ἐξ ἑνὸς καὶ ἐξ ἀμφοτέρων.* Inscr. Ca. 105: *ἡ δὲ πρᾶξις ἔστω ἔκ τε αὐτῶν τῶν δανεισαμένων καὶ ἐκ τῶν ἐγγύων, ἐξ ἑνὸς καὶ ἐκ πλειόνων καὶ ἐκ πάντων καὶ ἐκ τῶν ὑπαρχόντων αὐτοῖς πραττούσῃ ὃν ἂν τρόπον βούληται.* Haec ad creditorem tutandum diserte addita sunt. cf. Szanto u. s. p. 235. Wa. I, 24: *καὶ ἐξέστω πράξασθαι Πραξικλεῖ*, ibid. 35: *ἀποτεισάτω Πραξικλεῖ — — καὶ πρακτὸς ἔστω τοῦτο τὸ ἀργύριον.* cf. II, 1 et 14. et Wa. I: *πρακτοὶ ἔστωμ Πραξικλεῖ οἱ μὴ ἀποδόντες ἐκ τῶν ἰδίων πράξει πασῆι.* In inscr. 148 ap. Cauer p. 98,31: *ἁ πρᾶξις ἔστω* p. 99,4: *πρακτὸς ἔστω.*

27. *τοῖς δανείσασι.* Dareste (Sur la syngrapha, cet. Bullet. de Corr. Hellén. VIII 375 s. f.): l'acte stipulait d'ordinaire que le droit d'exécution appartiendrait à tout porteur se présentant au nom du créancier originaire. Leguntur haec in inscr. Wa. I

et Ca., desunt in nostro contractu. In oratione 47,63; 65 creditor ipse manum inicit bonis oppigneratis.

27. *καὶ ἐκ τῶν τούτων ἁπάντων καὶ ἐγγ. καὶ ναυτικῶν.* *καὶ* a Schaefero vertitur „idque". De hoc usu particulae cf. Weber ad 23,160, qui locos affert 3,27 et 48,29. Tota igitur res familiaris subiecta est creditori; cf. 33,25; 36,50; 37,49; 45,64. Schol. Ar. Acharn. 617. In inscr. Wa. I 25: *πράξει πάσηι ἔκ τε τῶγ κοινῶν τῶν Ἀρκεσινέων πάντωγ καὶ ἐκ τῶν ἰδίων τῶν Ἀρκεσινέωγ καὶ ἐκ τῶν οἰκούντων ἐν Ἀρκεσίνηι καὶ ἐξ ἑνὸς ἑκάστου ἅπαν τὸ ἀργύριον καὶ ἐξ ἁπάντων, τρόπωι ὧι ἂν ἐπίστηται* (quae omnia paene ad verbum redeunt Wa. II, 1 seq). Cum *καὶ ἐγγ. καὶ ναυτ.* cf. etiam Wa. II: *τὰ — ὑπάρχοντα ἔγγαια καὶ ὑπερπόντια.*

Cum genitivis *τῶν τούτων*, quorum alter ex altero pendet cf. quae leguntur 18,45; 20,95; 45,42 et Rehdantz ad Xen. Anab. 2,5,38.

27. *πανταχοῦ ὅπου ἂν ὦσι.* Malim hoc accipere de bonis debitorum quam de personis; ut enim § 44 legitur, Phaselidi quoque et alibi nonnulla iis erant; in iis autem civitatibus quibuscum foedere hoc sanctum erat, facultas erat Atheniensibus instituendi *δίκην ἀπὸ συμβόλων*; tale foedus cum urbe Phaselidi ictum vide apud Meier-Schoem. p. 69 ann. 70.

29. *καθάπερ δίκην ὠφληκότων καὶ ὑπερημέρων ὄντων.* cf. Wa. I, 12: *καδάπερ ἐγ δίκης τέλος ἐχούσης*, I, 27: *καθάπερ δίκην ὠφληκότων ἐν τῆι ἐκκλήτωι* et 37: *καθάπερ ὠφληκὼς δίκημ Πραξικλεῖ.* Wa. II, 5: *καθάπερ δίκην ὠφληκότων ἐν τῆι ἐκκλήτωι καὶ ὄντων ὑπερημέρων.* II, 15: *ὡς ὠφληκὼς δίκην Ἀλεξάνδρωι ἐξούλης ἐν τῆι ἐκκλήτωι καὶ ὢν ὑπερήμερος.* In inscriptione urbis Orchomeni quam laudavi ex Caueri delectu, iterum iterumque v. 15; 33; 23; 34; 45 cet. sermo est de instrumentis quae *ὑπεραμερίαι* vocantur. Omnia haec concurrunt: nisi die praestituta solvendo esset debitor, e vestigio mitti poterat in eius bona, non expectata iudicis sententia, perinde ac si victus iudicio non solvisset iudicatum. Haec quoque actio vocatur *δίκη ἐξούλης* Mei.-Schoem. p. 223. Inde ipsum nomen instrumenti apud Cauerum est derivatum, ex quo creditorem non oportebat ante *ἀπαιτεῖσθαι*, ut alioqui erat neces-

sarium (Or. 33,25; 26). Cum his ὑπεραμερίαις bene collatus est usus vigens in urbe Cnoso (Plut. Quaest. Gr. 53), ubi debitor mutuum non accipiebat sed rapiebat, ut quasi fur posset in ius vocari si dies exiisset et pecunia desideraretur; quocum conspirat terminus technicus apud Iosephum Antiq. Iud. 16,9,1, vocantem ῥύσια λαμβάνειν (de quo cf. infra p. 931,23) quod nos „executionem".

In inscr. Wa. I si ad praestitutam diem pecunia non solvitur, continuo conduplicatur, potestque quocumque modo a singulis vel cunctis exigi; quod si quis conatur impedire poena constituitur, impensaeque exactionis cadunt in debitorem; cui (quod vix crederes) postea, cum haec omnia solverit, nihilominus debitum primarium pendendum restat; nec de sorte tantum sed etiam de fenore pari modo acerbissime sancitur!

p. 927,1. καὶ ἑνὶ ἑκατέρῳ καὶ ἀμφοτέροις. Ammon. p. 17. V: ἀμφότεροι μὲν ἐροῦμεν ὅταν ἐν τῷ αὐτῷ κατὰ τὸ αὐτὸ πράττωσιν — ἑκάτεροι δὲ ἐπειδὰν χωρὶς ἑκάτερος τὰ ἑαυτοῦ πράττῃ et cf. Dissen ad Dem. 18,161; Schaefer App. Crit. V. p. 648.

---

§ 13.

2. ἐὰν δὲ μὴ εἰσβάλωσι: *nisi in Pontum invecti erunt* (Böckh.), non, ut antiquiores inepte interpretabantur, in mare Aegaeum!

3. μείναντες ἐπὶ κυνί: *post Caniculae ortum* (Krüg. 68,41,3). Additum hoc videtur Böckhio ut caverent tempestates quae solerent surgere tempore ὀπώρας. Sed de his tempestatibus frustra scrutatus sum Neumann—Partsch, Physikalische Geogr. von Griechenl. At contra apud eundem p. 99 legimus cum ortu Sirii (die XVIII° mensis Iulii) plerumque ab antiquis componi initium Etesiarum; ceterum hos ventos non statis temporibus flare solere; hoc unum constare, plerumque eos per menses Iulium et Augustum surgentes, maximo usui esse iis qui e

Ponto Athenas petant (ib. 97). cf. quoque Wachsmuth, Hellen. Alterthumsk. 1826. I. Append. I.

Igitur contractu nostro non, ut Böckhio placebat, vitari iubentur tempestates, sed expectari ventus secundus.

4. ἐξελόμενοι ὅπου ἂν μὴ σῦλαι ὦσιν 'Αθηναίοις. Primo adspectu praeferres σῦλαι κατ' 'Αθηναίων: *onus exponant ubi non licet Athenienses persequi pignoribus capiendis.* Sed sic quoque bene habet (Böckh. p. 175): ibi exponant ubi Atheniensibus trierarchis non licet belli praetextu navem capere (quos nulla religione cives aeque ac hostes illa aetate peregre persecutos esse constat, cf. 51,13 et quae ad § 26 contulimus); et ubi non sit timendum ne talionis causa civitas peregrina pignori Androclis manum iniciat. Quid sint σῦλαι vide infra ad § 26.

6. τοὺς τόκους ἀποδόντων. Minus fenus (p. 926,3), cum non post Arcturi ortum evecti sint ex Ponto. Pro ἀποδιδόναι τόκον 41,9 legitur τιθέναι τ. 59,52: τοκοφορεῖν. Aesch. 3,104: φέρειν τόκον.

6. τοὺς πέρυσι γραφέντας. Mire hoc dictum esse concedo viro doct. Pardessus (Coll. des lois mar. p. 46,47 annot.), sed secundum rerum statum est. Cum enim inciperet annus proximo novilunio a solstitio aestivo, non eodem, sed posteriore anno redituri erant mercatores: nam syngrapha scripta est vere, quo tempore mercatura incipit, Canicula autem, ut vidimus, surgit die Iulii XVIII°.

7. ἐαν δέ τι ἡ ναῦς· πάθῃ ἀνήκεστον. Pardessus p. 48: en cas de force majeure. Proprium contractibus de fenore nautico est, periculum esse creditoris, quae ipsa erat causa cur fenoris summa tanta esset quantam supra vidimus; cf. 32,5; 34,2; Schwarzium (De Demosthenis orr. suppositiciis. progr. Gymn. Stadensis 1876) p. 6, perhibentem in corpore orationum Demosthenis non inveniri verbum πάσχειν de rebus inanimis refellunt loci or. 55,24 et 25, quos attulit Schulze u. s. 53, ann. 1.

De nave idem παθεῖν τι legitur Eur. Iph. T. 755 et Argum. ad Dem. or. 34,2; cf. praeterea Frohberger Append. ad Lys. 32,6.

7. ἐν ᾗ ἄν cf. supra ad p. 926,12.

8. σωτηρία saepe de incolumi reditu 50,16; 57,20.

Schäfero debetur *ἔσται*. Sic interdum post *ἐάν* c. Coni. sermonem optativo continuari, quasi *εἰ* praecederet animadvertit Kühner II p. 978,5. cf. Xen. Magist. Equ. 7,4. Ante Schaeferum legebatur *ἔστω*, vertebaturque: „bona oppignerata sunto salva debitori et libera ab omni obligatione quae autem e naufragio reliqua facta sint, ea creditorum sunto communia." (Hüllmann p. 174, qui p. 169 monet, navis et oneris periculum hic distingui, quod hodie non iam fiat).

10. *κυριώτερον* cet. In inscriptione Caueri: *ἡ δὲ συγγραφὴ κυρία ἔστω κἂν ἄλλος ἐπιφέρῃ ὑπὲρ Νικαρέτας*. cf. Wa. I, 31 seqq. II, 20 seqq.: *τῆς δὲ συγγραφῆς τῆσδε ὡμολόγησαν Ἀρκεσινεῖς μηθὲν εἶναι κυριώτερον μήτε νόμον μήτε ψήφισμα μήτε δόγμα μήτε στρατηγὸν μήτε ἀρχὴν ἄλλα κρίνουσαν ἢ τὰ ἐν τῆι συγγραφῆι γεγραμμένα μήτε ἄλλο μηθὲν μήτε τέχνηι μήτε παρευρέσει μηδεμιᾶι, ἀλλ᾽ εἶναι τὴν συγγραφὴν οὗ ἂν ἐπιφέρηι ὁ δανείσας ἢ οἱ πράσσοντες ὑπὲρ αὐτοῦ.*

Szanto u. s. p. 236, his adeo diserte sanctis fretus, comparansque huius orationis § 49, quae propius accedat ad inscriptionem, contendit in nostra syngrapha debuisse eadem iisdem verbis scribi quibus § 49, itaque hanc quoque ob causam fidem negandam esse syngraphae.

Sed primo concedendum profecto est, in inscriptionibus magis expresse haec statui quod cum urbe, non cum privato homine contractus initur, ut supra alia vidimus disertius in titulo quam in contractus nostri formula constituta; et in aliis instrumentis, velut apud Gneist p. 468 videmus aeque breviter sancta (*ἡ συγγραφὴ κυρία ἔστω πανταχοῦ*, in testamento: *κυρία ἔστω ἡ δόσις τῶν ἐνταῦθα*); quod ad § 49 pertinet: orator ibi ut solet quam vehementissime ius suum propugnans quam gravissimis verbis utitur. Alterum exemplum formulae ab oratore auctae dat Lyc. Leocr. 127: *καὶ λόγῳ καὶ ἔργῳ καὶ χειρὶ καὶ ψήφῳ* cum in iureiurando apud Andoc. de Myst. 97 simpliciter legatur: *κτενῶ τῇ ἐμαυτοῦ χειρί.* Vidimus autem, ut iure Thalheim p. 342 indicat, falsarium (ut illi volunt) adeo peritum formularum, ut credibile non sit, hac in re eum neglegenter versaturum fuisse, si necessario aliter fuisset scribendum. Verba concepta quae Romani dicunt, apud Graecos

non requirebantur, ut Gneist p. 468 s. demonstrat. Clausulae nostrae loco in testamento 36,52 *ἀραί* memorantur si quis violasset eius verba. De infinitivo in foederibus, legibus, cet. varianti cum Imper. Kühner II 589[b] Thuc. 5,18,5; 6,8,10 cet.

12. Sequuntur nomina testium ut in inscr. Caueri. Post quorum nomina sequitur: *ἁ σούγγραφος πὰρ Ϝεφιάδαν Τιμοκλεῖος* et in Wa. I in fine: *κατὰ τὴν συγγραφὴν τὴν κειμένην παρ' Εὐρυκλεῖ* — — — — *Μάρτυρες* — — —. Ita Wa. II in fine nomina testium. Et Salmasius quidem (de Modo Usur. X 389) perhibet syngraphae semper subscribi solitum esse a testibus, cui in hac re Böckh. I, 161 adstipulatur. Contra Gneist p. 448 docet subscriptionis loco consignari tabulas; et cum testamenti testes, quorum item nomina tabulis testamenti addebantur (Schoem. ad Isae. 9,12), saepe ne scirent quidem quid testamento iussum esset (Isae. 4,4: *αὐτοῦ μόνου τοῦ καταλιπεῖν διαθήκας μάρτυρας παρίστανται* cf. (Dem.) 46,28) non videtur iusta causa esse cur in contractibus ineundis ipsi testes subscriberent nomina. Ceterum maioris momenti sunt testes quam scriptio contractus. 42,12 s. f.; 47,77 s. f.; verum neque haec neque illi ad litem instituendam plane necessarii erant. Solonis enim erat lex: *τὸν ἐγκαλούμενον ἐπειδὰν μήτε συμβόλαια μήτε μάρτυρας ἔχῃ ὀμνύναι* Bekk. an. 242.

Westermann (u. s. p. 63) desiderat nomina patrum et demorum; cui iure opponit Kirchner (De litis instrumentis cet. 1883) p. 7, in titulis etiam publicis haec saepe omitti; cf. praeterea foedus apud Thuc. 5, 19 et 24, ubi nomina nuda leguntur.

---

§ 14.

Λέγε δή. Hac formula transitur ubi alterum instrumentum alteri additur. Locos collegit Hüttner (Annot. ad Demosthenis orat XXXVI 1885) ad § 26.

15. seqq. Testimonium eius apud quem syngrapha deposita fuit locum obtinet nostrae subscriptionis, qua probatur hoc

illud esse instrumentum quod primitus est conditum. Salmasium contendentem depositionem propriam fuisse syngraphae, refutat Gneist p. 442, probans syngrapham non esse peculiare genus contractus.

Quam ob causam summa fides habenda esset necesse erat depositario (33,36); saepe mensarius hoc munere fungebatur (34,6); de tabellionibus (γραμματοφύλαξι, συνθηκοφύλαξι) publicis cf. Gneist p. 459 s. Solus depositarius testis est 48,11. Summi cum sit momenti depositio raro omittitur; quin etiam in media maris navigatione occurrit 32,16. Aliquando duobus exemplis contractus scriptis alterum deponitur, alterum servat alteruter contrahentium 34,32. Cur deponatur docet locus 33,36: *πάντες ἄνθρωποι τούτου ἕνεκα σημηνάμενοι τίθενται παρ' οἷς ἂν πιστεύσωσιν ἵν' ἐάν τι ἀντιλέγωσιν ᾖ αὐτοῖς ἐπανελθοῦσιν ἐπὶ τὰ γράμματα ἐντεῦθεν τὸν ἔλεγχον ποιήσασθαι περὶ τοῦ ἀμφισβητουμένου.*

16. *μαρτυρεῖ.* Testes de se tertia persona loquuntur; cf. 29,31 et 54,31 testimonia ab ipso oratore inserta.

16. *συνθήκας.* De plurali in pactionibus denominandis usurpato cf. Rehdantz ad Lycurg. Leocr. § 23.

17. *κατατίθεσθαι deponere*, opp: *ἀναιρεῖσθαι repetere*; contra *ἀναιρεῖν* est *λύειν*, *rescindere.*

19. *εἶναι ἔτι κειμένην.* Westermann p. 83 oscitantem falsarium hic quoque errasse ait. Sed bene se habet: testimonium in anacrisi perscriptum est, syngrapha etiam tum domi depositarii residente; quae postea in echinum (Mei.-Schoem. p. 904) coniecta est, qui obsignatus (47,16; 54,27) in iudicio depositarii partes agit. Plura ibid. p. 494 s. De testimoniis *de scripto* recitatis cf. 45,44: *ὁ νόμος μαρτυρεῖν ἐν γραμματείῳ κελεύει.*

21. *Θεόδοτος ἰσοτελής* fortasse idem qui 34,18 (Kirchner p. 8).

22. *Φορμίων Κτησιφῶντος Πειραιεύς.* Hoc nomen ex inscriptione C. I. A. II, 2,804 (anni ante Chr. n. 334/3) adscitum est a viro d. Kirchner (Rhein. Mus. Vol. 39. 1884, p. 309); ante eum legebatur *Κηφισοφῶντος*, in quod abiisse videtur propter sequens *Κηφισόδοτος*. Grave hoc argumentum est ad firmandam fidem instrumenti.

22. Βοιώτιος. De demo Boeotio contra Corsini F. Att. et Ross (Die Demen Attica's) docte disputat Westermann p. 84.

23. Ἡλιόδωρος Πιθεὺς quidam a Kirchnero affertur ex inscriptione aetatis imperatoriae.

Numerus testium apud Graecos semper valde variavit; plerumque tamen impar erat (Gneist 443). Hic eidem tres testes qui contractui additi sunt, etiam testantur depositionem. Cf. in inscr. Wa. I, 51: κατὰ τὴν συγγραφὴν τὴν κειμένημ παρ' Εὐρυκλεῖ — — Μάρτυρες Εὐρυκλῆς cet, et Ca. 142 seq: σιύγγραφον — — θέσθη μεσέγγυον πὰρ ϝιφιάδαν cum v. 165 inter ϝίστορες idem ϝιφιάδας numeretur.

24. παρεῖναι ὅτ' ἐδάνεισεν Ἀνδροκλῆς. Idem infinitivus praesentis (vel potius imperfecti) qui 29,31; 54,31; cf. Schneider ad Isocr. 5,61. Verbum ἐδάνεισε hic potius acceperim de numeranda pecunia paulo post contractum initum; sic observationes quaedam Westermanni diluuntur: ait enim p. 83 Thrasymedem et Melanopum (§ 6) testari debuisse (quorum absentia sic explicatur) nomenque Nausicratis Carystii desiderari. Syngrapha autem semel condita, nihil intererat uter nummos numeraret.

Ita id quoque quod pag. 82 idem dicit, nomina testium v. v. 12 et 13 superflua esse propter hoc testimonium, concidit.

Testes adhiberi ad tradendam pecuniam vulgatissimum erat; 30,20: τῷ τοῦθ' ὑμῶν πιστὸν ὡς ταλάντου τῆς προικὸς οὔσης ἄνευ μαρτύρων τοσοῦτον ἀργύριον ἐνεχείρισαν; cur quam plurimi adhibeantur vide 34,30.

---

§ 15.

27. De omissa particula in adiungendo κατὰ cet. cf. Kühner II 863 β et γ.

28. Non licet e verbo κελεύοντος concludere, Lacritum mandatorem fuisse; est potius, secundum petitorem, sponsor, ut recte explicatur apud Mei.-Schoem.-Lips. p. 735, annot. 750.

p. 928,3. γράφοντος καὶ συσσημηναμένου ἐπειδὴ ἐγράφη.

Partic. Aoristi cum Praesentis iunctum 43,30; 47,62; 53,8;

59,6; Antipho II, δ, 5; 7; 8; cf. Weber ad 23,4. σημαίνομαι idem quod σφραγίζομαι, cf. 28,6; 33,36; et Suidam s. v. συσσημαίνεσθαι· plura vocabula dat Pollux 8,27.

Rem si spectamus, inde quod Lacritus conscripsisse pactum dicitur non sequitur, eum se obligasse; scriptura enim nullius erat momenti (Gneist 448). Obsignatio fit ne quid mutetur in syngrapha, impletque nostrae subscriptionis vicem; testium obsignationem solitam fuisse negat Gneist p. 449, quoniam ne in testamentis quidem occurrit, ut sequitur ex 45,11; 12; neque in aperiendis contractibus vel testamentis ratio habetur signorum a testibus impressorum 48,48; 41,21; Perperam locus vertitur et a viro d. de Vries (de fen. naut. contractu 1842) p. 29: „cum contrahentibus contractui *subscripsisse*" et ab A. Schaefer in Appendice p. 287: „Lacritus nahm an der Verfassung des Vertrages Antheil und untersiegelte ihn mit;" nam signa imprimuntur exteriori parti, et subscriptio ap. veteres ignota est.

5. μειράκια κομιδῇ non ad verbum esse accipiendum per se patet, cum Phaselitae per totam orationem non profecto ut pueruli agant; cf. Dem. 21,78 de se ipso: τὰς δίκας ἔλαχον τῶν πατρῴων τοῖς ἐπιτρόποις μειρακύλλιον ὢν κομιδῇ, quod duobus annis post eius pubertatem factum est (A. Schaefer. D. u. s. Zeit.[2] I. p. 287 s).

6. μέγα πρᾶγμα. Herod. 3,132: ἦν δὲ μέγιστον πρῆγμα Δημοκήδης παρὰ βασιλέϊ, ubi Stein ex comicis citat: ῥαγδαῖος ἄμαχος πρᾶγμα μεῖζον ἢ δοκεῖς, et: εἰ δ'ἐγένετο Κακὴ γυνὴ Μήδεια Πηνελόπεια δὲ Μέγα πρᾶγμα. Adde Xen. Cyrop. 6,1,36; Ar. Eccles. 441: γυναῖκα δ'εἶναι πρᾶγμ' ἔφη νουβυστικόν, Plut. Moral. 141 C: ἄμαχον πρᾶγμα γαμετὴ γυνὴ καὶ νόμιμος. Saepius χρῆμα ita usurpatur: vide Blaydes ad Nubes 2, Aves 826.

---

§ 16.

7. *οὗτος ἦν ὁ πάντα διοικῶν.* Coniunguntur haec cum praecedentibus per anaphoram pronominis *οὗτος*. De usu anaphorae (eiusdem verbi crebrae a primo repetitionis, secundum definitionem Ciceronis, de Or. 3,206) apud Dem. cf. Blass. Att. Ber. III. 1,144 (quamquam ad hanc spuriam orationem minus pertinent) et Straub (De tropis et figuris) p. 110 s: ille ait multo magis Demosthenem ea esse delectatum quam ceteros Graecos; hic tamen computat Ciceronem quinquies decies eam adhibere, ubi D. semel utitur. Graeci oratoris luculentum exemplum est 19,334.

De usu participii *ἦν ὁ διοικῶν* cf. 18,62; Krüg. Gramm. 56,3,4 et multa ex oratoribus collecta exempla apud Frohberg. ad Lys. 13,87. Plerumque aoristi participium ita usurpari demonstrat Schneider ad Isocr. 4,75, qui ibid. § 80 locos enumerat ubi eodem quo supra sensu adhibetur verbum *διοικεῖν*.

9. *τὰ δίκαια* idem quod *τὰ δέοντα*, *τὰ προσήκοντα* 3,3; 4,13; 8,47 cet. *ποιεῖν τὰ δίκαια* variat cum *πράττειν τὰ δ.* ut docet Fox ad Or. pro Megal. 10.

8. *αὐτὸς —τὸν δ' ἀδελφόν. Μὲν* omittitur quoniam, ut videtur, in prima parte sententiae nondum de fratre cogitatur. Aliquando tamen (velut S. Trach. 197) reclamante sententia abest. cf. Hartung. Ueber die Partikeln I. p. 163. 164 A. et quae Schoem. citat ad Isae. 6,44, atque Gebauer in App. ad Lys. p. 451.

10. *ἐπιδημήσειν Ἀθήνησι.* contra Aesch. 3,258: *ἐπιδημήσαντα εἰς τὴν πόλιν.* (D.) 59,37: *εἰς Μέγαρα*; Plat. Parm. 126 A *δεῦρο*, Phaedo 57 A *ἐπιχωριάζει Ἀθήναζε.* Praesentia autem Lacriti, fideiussoris ut petitor ait, necessaria erat propterea quod pignus amovebatur.

11. *πλεύσεσθαι ἐπὶ τοῖς χρήμασι*, idem quod *ἐπιπλεῖν ταῖς ἐμπορίαις* 56,8. Homeri aetate *ἔμπορος* vehebatur *νηὸς ἐπ' ἀλλοτρίης* (Od. 24,300). Ita postea quoque mercator saepe opponitur *ναυκλήρῳ* (33,1; 32,1; Xen. de Vect. 3,4), quin etiam vocatur *ἐπιβάτης* 32,4; 56,10. Plerumque *ἔμπορος* comitatur merces 33,4;

56,24; raro mittit aliquem 32,8. cf. Hüllmann Handelsgesch. p. 167. Büchsenschütz Bes. u. Erwerb p. 460.

11. τότε — ὅτε ut 23,119; 121; 20,85.

13. καὶ ἀδελφὸς — καὶ κοινωνός. cf. Bosse (De asyndeto D. p. 3): „cumulatis coniunctionibus cum elocutio retardatur et singula verba ita inter se iunguntur quasi unumquodque novi quid significet, oratio gravior fit pluraque videtur exprimere."

14. λόγους ἔλεγε: *verba dabat.* Dictio nato est ex locis quales sunt 20,92 ἵνα μὴ λόγον λέγω μόνον et 2,12 (Lobeck, Paral. II 504). Saepe λόγοι hac signif. iungitur cum σκῆψις (1,6), προφάσεις (8,13), φλυαρίαι (20,101), ῥήματα (18,308), παραγωγή (30,26); locos collegit Rueger (Proleg. in. Or. adv. Olympiod. 1885) p. 66; cf. praeterea Hüttner (ann. ad or. pro Phorm. 1885) p. 26, et Mätzner ad Antiph. V 16.

Contra λόγους ποιεῖσθαι est *verba facere* 2,11; λόγον ποιεῖν *dicendi facultatem facere* 6,32. Ad finem autem paragraphi huius liceat digitum intendere in singularum verbositatem, qua quae in § 8 iam satis superque dicta, in § 15 repetita sunt, iterum repetuntur.

---

§ 17.

15. ἐπειδὴ δὲ τάχιστα post τότε μὲν—ὅτε ut 20,148 post ὅτε μέν. Saepe vocabulum intercedit inter ἐπειδὴ et τάχιστα. cf. Frohb. ad Lys 13,78 (ut semper hoc quidem sensu inter ὡς et τάχιστα). Exempla collegit Blaydes ad Ar. Thesm. 1205.

17. ὅ, τι ἐδόκει τούτοις. Exspectes αὐτοῖς, mentione praecedente adversariorum. Sed saepe ita demonstr. adhibetur: 18,22; 40,45; cf. Francken. Comm. Lysiacae 1865 p. 182. Schöm. ad Isae. III 1. Mätzner ad Antiph. III, β, 1 et ad Lycurg. 3, p. 77. Sic ἐκείνου legitur 18,148 ubi exspectes ἑαυτοῦ, sed cf. Schaefer Appar. Crit. II, p. 215. Alibi contra αὐτός

ponitur ubi malis *οὗτος* 7,45; 44,68; de qua re agunt Weber ad 23,128; Mätzner ad Lycurg. pag. 307.

18. *οὔτε μέγα οὔτε μικρόν.* cf. 19,17; 48,44; 9,5; 18,139: *οὔτε μεῖζον οὔτ' ἔλαττον*; 33,13; 21,14: *καὶ μικρὰ καὶ μείζω* cf. 9,69; Dissen ad Cor. 139. Stallb. ad Plat. Apol. 19 c.

19. *ὡς αὐτὸ τὸ ἔργον ἐδήλωσε* ut 19,167; 196; cf. 21,9; 110; 24,16; 7,32; Weber ad Aristocr. 13. Alibi *τὸ ἔργον* abest ut 19,157. Heindorf ad Platonis Hipp. Mai. § 18 (pag. 141), Blaydes ad Ar. Lys. 375 de simili locutione *αὐτὸ δείξει.*

20. *ἦν ὁ ἐξηγητής.* De articulo confer Kühner II, p. 514,4.

21. *καθ' ἕκαστον τῶν γεγρ. ἐπιδείξω.* Coniungenda sunt *ἐπιδείξω* et *κατά*, non enim hic idem *κατά* distributivum habemus quod e. c. 24,194: *καθ' ἑκάστον ὧν ἐρεῖ δεικνύναι βούλομαι φεναχισμοῦ ἕνεκα ῥηθησόμενα* ita ut *καθ' ἕκαστον* c. Gen. obtineat casus locum vocabuli quod genetivo legitur, qua de re cf. Buttmann. Indic. ad Midianam s. v. *κατά.* Schneider ad Isocr. 4,154 et 5,59; Stallb. ad Pl. de Rep. 436 B. Westermann ad Dem. 2,24 et 18,17.

---

§ 18.

23. *πρῶτον μὲν γάρ*: *iam primum.* Saepe hoc vel *καὶ πρῶτον μέν*, *πρῶτον μὲν οὖν* inservit transitioni; locos vide ap. Frohberger ad Lys. 12,92, et Gebauer in Append. p. 297 seq. Post *ὅτι* sequitur p. 929,1 Acc. c. Inf., quocum cf. 52,10.

24. *ἐπ' οἴνου κεραμίοις τρισχιλίοις* cet. Böckh (I, p. 123) ex hoc loco computat pretium cadi vini, scilicet singula *κεράμια* valuisse binas drachmas. Ergo *κεράμιον* non idem potest esse quod *μετρητής* (cuius saepe synonymum est), vas magnum fictile cuius pretium hic vix in censum venit, praesertim cum vinum Mendaeum optimae notae sit (Athen. IV 129 D). Addit Fränkel (annot. 175) in titulo quoque C. I. A. II, 834*b* occurrere *κεράμια* quae non sint *μετρηταί.*

25. *ὡς ὑπαρχούσης αὐτοῖς ὑπ. ἑτέρων τριάκ. μνῶν*: *cum asseverarent iam ante adesse pignus eiusdem pretii.* Plerumque merces impositae duplum valent pecuniae in iis collocatae, et merito Böckh (I p. 169) probat Reiskii coniecturam ad 34,6 pro ΔΠ legentis |Δ|; cum enim earum pretium minui posset, vel damnis in navigatione acceptis vel propter ἀπρασίαν, cavendum erat creditori. Ceterum de hac re immerito de Vries (p. 48) adhibet orationem XXXIIIam in qua navis, hypothecae nomine obligata (§ 6, 7) eodem pretio veniat (§ 12) quo sit oppignerata; vult enim ostendere non semper illum usum obtinuisse; atqui illa navis, ut ibid. § 9 patet, in portu erat mansura; cum ergo periculum nullum esset, causa non erat cur creditor duplam hypothecam posceret.

Orat. 34,6 diffisus debitori aliquis δανείζει ἐπὶ ἑτέρᾳ ὑποθήκῃ, quod videtur indicare, eum ἔγγειον quoque aliquid poposcisse; nam utrum fraudulentus homo magnum an parvum pignus aveheret nil intererat creditoris.

27. *εἶναι — καθισταμένην.* cf. ad § 8. Adde Westermann ad 2,26. Καθίστασθαι vero dicitur de pretio ut 56,8; 10; ibid. 7: συνιστάναι: *augere*; 8: συνετιμήθη, 24: αἱ τιμαὶ ἐπετέταντο, contra 25: τὰς τιμὰς ἀνεικέναι sicut 32,25: ὁ σῖτος ἐπανῆκεν, 56,9: ἐπ' ἔλαττον βαδίζειν.

27. *σὺν τοῖς ἀναλώμασιν.* Praepositio σύν in Attico sermone soluto, si Xenophontem excipimus, rarissima, in corpore Demosthenis orationum terdecies tantum legitur: 27,23; 31; 35; 38; 50; 61; 28,13; 34,7; 19,155; 31,11; 29,1; Ep. 1,12; in quibus tredecim locis novies invenitur in orationibus iuvenilibus XXVII, XXVIII, XXXI, XXIX ter in spuriis XXXIV XXXV et Epist. semel tantum in genuina oratione a Dem. provectiore aetate conscripta περὶ τῆς Παραπρεσβείας. Significat autem plerumque, ut hic, aliquid comprehendendum esse in maius quoddam. cf. Isaei locum 8,8: σὺν ἱματίοις καὶ χρυσίοις πέντε καὶ εἴκοσι μνᾶς ἐπιδούς, ubi annotat Schoemann: vestes quoque et aureus ornatus doti accensenda sunt; et Karlowa (Bemerkungen zum Sprachgebr. des D., Pless 1883) p. 8. Ita semel tan-

tum, et hoc quidem sensu, legitur in recens reperto opere Aristotelis quod fertur Ἀθηναίων πολιτεία p. 41,7 ed. van Herw. et van L.

28. ἀναλώματα ἀναλίσκειν, ut 27,22; 50,21; 59,21.

29. κατασκευὴ περὶ τὸν οἶνον. Reiske in indice: „adhibetur περὶ formando quoque genetivo. 19,76: τοῦ περὶ Φωκέας ὀλέθρου." Ita Aeschin. 3,135: πληγαὶ περὶ ἐμέ. Isocr. 12,7: τῆς περὶ τὸ σῶμα καὶ τὴν ψυχὴν ὑγιείας, cet. cf. Wolf ad Leptin. § 157 et Mätzner ad Lycurg. p. 260. De aliis praepositionibus pari modo usitatis cf. Rehdantz ad Lycurg. in Appendice § 15.

---

§ 19.

p. 929,2 γέγραπται μὲν ταῦτα, frequens transitus ut § 24 § 25. cf. 36,4; 18; 57,24; 39; 43,55; 48,35.

5. οὐδὲ πεντακόσια κεράμια. De οὐδέ ne-quidem vide Kühner II p. 834,4. Non raro creditores tali modo defraudati esse videntur cf. 34,6; 7; sed ipsi commeruerunt; neglegentiam enim feneratorum incredibilem vide 32,4, ubi mutuum datur in pignus, quod cuius sit vix quaerunt.

5. ἐντίθεσθαι opp. ἐξαιρεῖσθαι § 29, § 30. sic *transferre* μετεξαιρεῖσθαι opp. μετεντίθεσθαι: 56,24 et 25.

6. ἠγοράσθαι αὐτοῖς. cf. infra ad § 41.

8. οὐδὲ ἐμέλλησαν οὐδὲ διενοήθησαν verba sunt synonyma (*cognominata*, ut ait Cicero de Part. Or. 15,53) de quorum usu Demosthenico cf. Blass III, 1,93 s. et Sigg u. s. p. 418/9; satis multa exempla occurrunt in genuinis orr. privatis, etiam trium membrorum 27,68; 57,1; 36,47 cet. Straub u. s. p. 124: „Demosthenis proprium est verba percipiendi, cognoscendi, *deliberandi*, *cogitandi*, dicendi, fallendi, decipiendi duplicare."

μέλλω ita ut supra saepe cum negatione ponitur; Westermann ad 54,40 vertit: „ne cogitat quidem id facere, nedum faciat;"

saepe praecedit verbum, quod ad μέλλειν non iteratur; vide eundem ad 18,192. cf. Stallb. ad. Pl. Theaet. 148 E.

10. ὅτι δ' ἀληθῆ ταῦτα λέγω, λαβέ cet. Antiquiores velut G. H. Schaefer in Appar. Crit. II p. 71. V. p. 111. in talibus aiunt verba ἵνα εἰδῆτε esse omissa, quae aliquoties adduntur; velut D. 23,174; 20,127; 18,118; 305; et sic etiam Westerm. ad 23,151; sed loci qualis est D. 21,82 hanc opinionem refellunt: ὡς οὖν ταῦτ' ἀληθῆ λέγω, κάλει μοι τούτου τοὺς μάρτυρας, ἵν' εἰδῆθ' ὅτι cet. Recentiores variant. Schoemann ad Isae. 1,16, vertit: „quod attinet ad veritatem eorum quae dico," conferens Dem. 31,4: καὶ ταῦθ' ὡς ἀληθῆ λέγω, τὸ χωρίον φησὶν ἀποτετιμῆσθαι. Rehdantz contra, (ad Lycurg. 19 Append.) illud ὅτι vel ὡς iubet coniungi cum λαβέ (κάλει, ἀνάγνωθι cet), ut sit: „testimonii loco"; natam enim formulam affirmat e pleniore: ὡς οὖν ταῦτ' ἀληθῆ λέγω, τούτων ὑμῖν τοὺς μάρτυρας παρέξομαι, quae legitur Dem. 37,8; cf. 47,24; 27; 54,9; 19,176.

Sed palmam videtur tulisse Gebauer (App. ad Lysiam Frohbergeri I p. 243). Proficiscitur enim a formula ὅτι δὲ ψεύδει καὶ ἐπιωρκηκὼς ἥκεις — — ἐλέγξω. λαβέ μοι — — —. D. 42,29 (cf. 43,70; 45,27; 47,24; 59,87): haec duo „demonstrabo" et „ecce testimonia" in unum coaluerunt. Locos χαλκέντερος ille collegit ibid. p. 234 s. De λαβέ cf. Sigg. p. 431.

19. τούτοις. Lacritus vero, qui solus in iudicio adest, non erat evectus. Ceterum saepe pluralis pronominis usurpatur quasi de universa factione adversariorum. Vide etiam Kühner II p. 77, δ. Krüger ad Thucyd. 3, 111, 2 et eiusdem Gramm. 58,4,3.

§ 20.

13. *κυβερνᾶν.* Graser (De veterum re navali 1864) p. 38 hoc munus putat habuisse *κυβερνήτην*, ut cursum in navigando tenendum computaret et imperaret nautis, gubernaculum regentibus; non sua manu eum direxisse clavum existimat.

15. *οἴνου Μενδαίου κεράμια.* Dobree (Advers. ed Wagner, II p. 158) hic quoque, ut § 10, iubet legi *Μενδαῖα*, quod non videtur necessarium; legitur enim Ar. Ran. 448: *οἴνου τε Χίου στάμνον.*

16. *καὶ οὐ πλείω.* vide Kühner II p. 832 A. cf. 792,4. Talia non sunt conferenda cum tautologiis qualis legitur Soph. O. R. 1229: *κακὰ ἑκόντα κοὐκ ἄκοντα*, et Homerico *κατ' αἶσαν οὐδ' ὑπὲρ αἶσαν*; non enim idem bis exprimitur verbis diversis, sed negatur adversariorum asseveratio. cf. infra ad § 42. *καὶ* interdum abest: 21,182; 183; 20,141.

De negatione *οὐ* pro qua in sequenti testimonio legitur *μή* (*ἀλλὸ δὲ μηδὲν φορτίον* cet) cf. Kühner II p. 751,2.

20. *διοπεύων τὴν ναῦν.* Harpocr. s. v.: *Δημοσθένης ἐν τῷ κατὰ Λακρίτου. δίοπος λέγεται νεὼς ὁ διέπων καὶ ἐποπτεύων τὰ κατὰ τὴν ναῦν, ὁ καθ' ἡμᾶς λεγομενος ἐπίπλους.* Vides eum dubitare unde sit derivandum a *διέπω* an ab *ὀπιπτεύω* scilicet. Aeque absurde scholia Bavarica ab *ὀπιπτεύω* ducunt, et ab *ὄπτω* Ael. Dionys. citatus a Valcken. ad Harpocr. Quid eius officium fuerit ex locis collatis patebit; Harp: *τὰ κατὰ τὴν ναῦν* ei attribuit; Suidas: *ὁ τῆς νεὼς ἐπιμελητής.* Hesych: *δίοπος· ναύαρχος.* Pollux: *ἐπόπτης τῆς νεώς.* Igitur Hüllmann Handelsgesch. p. 167 itemque Büchsensch. p. 459,2, procuratorem eius esse aiunt cuius sit navis. His potius adstipulor quam viro d. Graser (De veterum re navali p. 38), qui eum nautam fuisse perhibet, cui officium circumspiciendi et vigilandi esset mandatum („uitkijk").

Iniuria a quibusdam vertitur „Superkargo" nam cum onere ei secundum grammaticos nihil rei est. Sic Herm.-Blümner. Privatalterth. § 49, p. 460,1 eum componit cum eo qui 32,11

laudatur πρεσβευτής, et 34,26 προςεδρεύων, qui homines dabantur ad *merces* comitandas.

23. πρὸς τούσδε ἐξεμαρτύρησε cet. Ante Blassium legebatur πρὸς τοῖσδε: *praeter hos*; sed cum § 34 τούσδε in quibusdam bonae notae libris Mss. sit, mutavit; nec sine causa; cum enim ἐκμαρτυρία, testimonium aut propter morbum absentium, aut peregre versantium (Bekk. anecd. p. 188 s. v. ἐκμαρτυρεῖν τὸ καταμαρτυρεῖν οὐχ ἅπερ εἶδέ τις ἀλλ' ἅπερ ἤκουσεν) confirmari debeat testimonio eorum qui se haec ex illis audiisse profiteantur, addenda erant praesentium testium nomina, qui vocati possint confirmare se haec ita accepisse. cf. Isae. 3,20 seqq, Dem. 46.6: (οἱ νόμοι) ἀκοὴν οὐκ ἐῶσι ζῶντος μαρτυρεῖν et quae sequuntur, atque Mei.-Schöm. p. 879 s. Sic loco mutato concidit Westermanni oppositio u. s. p. 85: hanc ἐκμαρτυρίαν nullo testimonio confirmari, quod fieri oporteat. De praepos. πρός c. Acc. idem quod *coram* (proprie: *conversus ad-*) significanti cf. Isae. 3,25: πρὸς τοὺς ἐπιτυχόντας ἐκμαρτυρησάμενος, ubi Schoem. laudat Lys. 26,14 ἔστι δὲ τούτοις μὲν πρὸς ὑμᾶς ἀγών, ὑμῖν δὲ πρὸς ἅπασαν τὴν πόλιν. cf. Mätzner ad Lycurg. § 63 p. 191. Saepe tamen scribitur πρὸς τῷ διαιτητῇ. Utrumque Lys. 10,6: ἐρεῖ δὲ πρὸς ὑμᾶς ἅπερ ἐτόλμα λέγειν καὶ πρὸς τῷ διαιτητῇ. cf. D. 27,49; 39,22; 36,33; 49,12. Sed 27,51: ἐπιδεικνύναι πρὸς τὸν διαιτητήν, ut contra 44,58: πρὸς ἅπασι τοῖς συνεδρίοις λόγου μὴ στερηθῆναι.

---

§ 21.

28. μὲν οὖν. Cicero ita colligit per: „ac" vel „ac-quidem" de qua formula conferatur Kühner, Ausf. Latein. Gramm. II p. 649,15. Formula μὲν οὖν usitatissima, praesertim post instrumenta recitata. Cf. Gebauer Append. ad Lys. 12,48.

p. 930,2. παραβαίνειν καὶ μὴ ποιεῖν τὰ γεγρ. Genus amplificationis crebrum apud Demosthenem, ubi negative repetuntur

quae affirmative dicta praecedunt. cf. 24,104; 200 cet. et Straub (De tropis cet.) p. 125.

3. *μετὰ δὲ ταῦτα.* Alibi *μετὰ ταῦτα δέ*: 19,156; 20,23; 139; 18,80; 14,15.

4. *ἐλεύθερα*: *nulli allii obligata.* cf. Salmas. de Modo Usur. p. 505.

4. Pro *ὀφείλοντες* conicio *ἐνοφείλοντες*. Nam utrum aes illi alienum contraxissent nihil ad rem erat; hoc tantum sciri oportebat, in pignus non esse initum novum contractum. Legitur *ἐνοφείλειν* 49,45; 53,10. Praepositio *ἐν* — facile post *οὐδέν* poterat neglegi. Sic Bekker Lys. 19,32 probante Scheibe, *ἐνοφείλεσθαι* coniecit.

---

§ 22.

7. *οὗτοι δὲ τί ἐποίησαν;* Tales interrogationes in medium cursum orationis incidentes, faciunt ut aures arrigant iudices; non enim adhibentur ad sciscitandum sed ut vehementius affirment. *Πυσματικὸν* autem *σχῆμα* quale hic videmus, ubi iustum responsum sequitur, non proprie est interrogatio rhetorica illa, in qua multus est Demosthenes, qui brevissimis paucissimisque verbis saepe indignabundus adversarium refutans appellat quasi ad sensum communem iudicum. cf. 18,47; 139; 21,217; 19,50; 23,162 cet. Nostro loco similes sunt ubi per *τί οὖν* inducitur interrogatio, de quo genere vide Dissen ad 18,177; Stallb. ad Pl. de Leg. VI, 718 C. Saepe per hanc formulam vel per *διὰ τί* (D. 2,3; 5,24 s.) secum ipse agitat, quae causa fuerit eorum quae modo affirmavit, quod genus „ratiocinatio" vocatur. cf. Fox ad Orat. pro Megalop. § 12 et de interrog. in universum Straub (De Tropis cet.) p. 93 ss.

9. *ἐξαπατήσαντες ὡς οὐδὲν ὀφείλοντες*: *per fraudem affirmantes se nihil debere.* Sic *ἐξαπατᾶν ὡς* legitur Lys. 13,70; Dem. 23,92; *ἐξ. ὅτι* Arr. Anab. 3,2,4; Pl. Protag. 323 A, ubi

Stallb. laudat Cratyl. 413 D, Xen. Anab. 5,7,6. cf. διαβάλλειν ὡς Isocr. 16,10; Xen. Hell. 6,3,12. Pro ὀφείλοντες hic quoque legi poterat ἐνοφείλοντες, sed illud gravius est.

10. *παρεκρούσαντο.* Activ. ap. Platon. Crit. 46E; Dinarch 1,102; Harpocr. s. v. derivat ἀπὸ τοῦ τοὺς ἱστάντας τι ἢ μετροῦντας κρούειν τὰ μέτρα καὶ διασείειν ἕνεκα τοῦ πλεονεκτεῖν, καὶ ὡς Σοφοκλῆς που· ὡς μήτε κρούσῃς μήθ' ὑπὲρ χεῖλος βάλῃς. Hac significatione, quam indicat Harpocration, etiam Lucian. Tim. 57 utitur: μῶν παρακέκρουσμαί σε; καὶ μὴν ἐπεμβαλῶ χοίνικας ὑπὲρ τὸ μέτρον τέτταρας. Comparandum ergo est παρακόπτειν Ar. Nubes 640, et κρουσιμετρεῖν secundum quod Ar. Equ. 859 κρουσιδημῶν finxit. Schmidt, (Synonymik der Griech. Sprache 1879) p. 290, adhibet Phocylidis versum (15): σταθμὸν μὴ κρούειν ἑτερόζυγον ἀλλ' ἴσον ἕλκειν, ducitque verbum a depressione iugi librae.

Aliam explicationem probat Stallb. ad Pl. Criton. 46E ductam a luctus artificio, quae minus verisimilis videtur. Ceterum confer Wolf ad Leptin. 22. Dem. 2,5; 6,23; 36, 7,5; 15,8 cet. Saepe cum φενακίζειν, velut 27,107; 24,209; 29,36 cet.

10. *ἔλαθον δανεισάμενοι.* Heindorf ad Platon. Phaedon. 57 D. (p. 91): ubique aoristo λαθεῖν non praesentis sed aoristi participium adiungitur." Quem redarguit Stallb., locos afferens ubi praesens quoque ponitur, velut Ar. Aves 1195: μή σε λάθῃ θεῶν τις ταύτῃ περῶν. Idem ad Phileb. 30E inter praesens et aor. discrimen statuit quod tamen subobscurum est. cf. etiam Madvig in Philol. II Suppl. p. 45 sqq.

13. *τοιαῦτα* cet. Saepe ita colligitur: 30,14; 61,29 cet. cf. ad § 39. Gebauer App. ad Lys. p. 200 et 201.

14. *ταῦτα δὲ πάντα* variat cum πάντα δὲ ταῦτα. cf. Lobeck ad Soph. Ai. 1023. Weber ad Aristocr. § 28 ait vocabulum priore loco positum cum vi efferri; neque tamen si locos spectas a v. d. Lobeck collatos, hanc distinctionem ubique observatam reperies.

15. τὰ ante *σοφίσματα* abesse malim praecedente κακουργήματα. Cum voce σοφίσματα cf. 18,227; 19,250; 29,28; cet.

16. (ὅτι δ' ἀληθῆ λέγω) *καί*: *et re vera*, Kühn. II p. 792,5. Saepe post talem formulam. cf. Hüttner ad or. XXXVI § 10.

17. *ἀναγνώσεται*, scil. scriba qui semper adstabat. De ellipsi subiecti cf. Krüg. Gramm. 61,4,3. Kühn. II p. 30b. Wolf ad Leptin. p. 244. Buttmann in Mid. ed V[a]. p. 11. Mutata est constructio 43,35: ἀναγίγνωσκε — - — ἔπειτα — - ἀναγνώσεται. Additur ὁ γραμματεύς. Aesch. 1,147; 2,46; 3,124; 190, ut in alia formula ap. Lycurg. cf. infra ad § 33.

Ad finem huius paragraphi velim attendas ad sexies repetitum verbum δανείζειν, quo conspicua est stili incuria eius qui haec conscripsit.

---

§ 23.

17. *λέγε* aliquando repetitur: 18,28; 37; 19,38; 21,113 cet.
21. *ἐμπορίᾳ mercibus*, ut 56,8; Lycurg. 57; Xen. π. πόρων 3,2.
24. *οὐ γὰρ ἄν*. Vide Krüg. Gr. 54,12,9.

---

§ 24.

25. *αἱ μὲν πανουργίαι* cet. cf. 5 et 36. Formula transeundi tritissima: 23,152; 27,12; 48,28 et quae praeterea congessit Gebauer in Append. ad Lys. 13,30.

De *πανουργίαι*, plurali abstracti adi Schneider ad Isocr. 4,77. Rehdantz Ind. s. v. Plural.

p. 931,3. *δόκιμον* „in guter gangbarer Münze" vertit A. Schäfer Append. p. 286; opp. κίβδηλον Pollux 3,86. Xen. Mem. 3,1,9. Nummos adulterinos frequentes fuisse (quamquam certe τὸ παραχαράττειν morte mulctabatur cf. 20,167; 24,212 et Beckeri Charikles ed. Göll. 1878 II p. 210. 211), patet vel ex ipso nomine mensariorum: ἀργυρογνώμονες enim aliquando audiunt, ut ap: Ps. Plat. de Virtute 378 E. Pollux 3,84: τραπεζίτης, ἀργυρογνώμων, ἀργυραμοιβός.

---

§ 25.

6. *οὑτωσὶ ἀκριβῶς*: *claris verbis*, non per ambages. Saepe οὕτως vel οὑτωσί postponitur. Multa exempla dabit Rehdantz Ind. II, p. 263 seqq. Dissen ad 18,26: „Postponitur οὕτω ubi maior vis in adiectivo, praeponitur ubi vocabuli οὕτω maior vis," idemque Weber ad Aristocr. 1. Quod tamen in exemplis non religiose observatum est; vide praeterea Buttm. in Ind. ad Mid. Schoem. ad Isae. p. 248. Heindorf ad Pl. Gorg. p. 196.

8. *καὶ μάλιστα* sunt iungenda: „vel maxime." Heindorf ad Pl. Phaed. 61 E. Lycurg. 139. Aesch. 1,27. Xen. Cyrop. 2,1,13. cf. Krüg. Gramm. 69,32,18.

ἐπεδείξαντο est: *ostentarunt*; 25,50: ἐπίδειξιν ποιεῖσθαι τῆς πονηρίας. 58,65: τὰς αὑτῶν ῥώμας ἐπιδείκνυσθαι.

8. *ὕβριν*. Schoem. ad Isae. 4,11: ὑβρίζειν saepissime dicitur de iis qui alterius iura contemptim et petulanter laedere conantur.

9. *οὐδὲ μικρόν*. cf. ad § 17.

10. *γράμμασι*: *capitibus contractus*, ut 20,69; 23,48.

11. *ἄλλως*. Ruhnk. ad Timae. p. 199: ἄλλως exquisitiore ratione sic cum nominibus iungitur, ut eius vis non aliter quam Latino „prorsus" vel „non nisi" exprimatur." Adde Dobree (Advers. ed. Wagner) II p. 75 ad 19,24 ὄχλος ἄλλως καὶ βασκανία.

11. *ὕθλον καὶ φλυαρίαν*. Sic 20,83 λόγους καὶ φλυαρίας „verba et ineptias" ut ait Cic. in Pison. 27,65. ὕθλους λέγειν Plat. Lys. 221 D; de Rep. I, 336 D: γραῶν ὕθλος. Theaet. 176 B. Omnes locos dabit Blaydes ad Ar. Nubes v. 783. cf. ad § 41.

12. *οὔτε — οὔτε — τε* ut 4,51; 20,76; 18,216; 23,137; 54,26. Kühner II p. 831,3*a* et 828,2*a*.

14. *ἡκόντων*. Saepe de reditu, ut § 11 ἔλθωσιν. 6,29; 20,73; 50,60; 23,72. Krüger ad Xen. Anab. 2,1,9. Igitur Dobree (Advers. ed. Wagner II p. 168): ἡκόντων αὖ τούτων praeferens fallitur.

16. *κρατοῖμεν* ut esset κατοκώχιμον (sic Cobet V. L. p. 29), quod explicat Moeris: τὸ κατεσχημένον ἐνέχυρον. Legitur autem apud Isae. 2,28.

κομίζεσθαι saepe idem quod ἀνακομίζεσθαι *recuperare* 4,7; 19,149 cet.

---

§ 26.

19. De sententia per ἀλλά inducta post negativam cf. Kühner II 823,4 et 826,8.

πεπόνθαμεν καινότατον. Sic etiam casus obliqui neutrius generis usurpantur. Pl. Apol. 31 B: οὐ γὰρ ἀνθρωπίνῳ ἔοικε τό — —. Phaedo 62 C: ἔοικε τοῦτο ἀτόπῳ. Thuc. 1,140,5: περὶ βραχέος ἂν πολεμεῖν. cf. Franke Lect. Aeschineae Philol. Suppl. I p. 436.

20. τῇ ἡμετέρᾳ αὐτῶν est minus accurate dictum, nam alter erat ξένος § 8.

21. δίκην ὀφείλει aut qui nondum condemnatus dignus est qui poena afficiatur, aut qui condemnatus nondum poenas persolvit. Schoem. ad Isae. 7,6.

22. ὥσπερ c. participio absoluto: 18,122; 19,189; 40,42; 51,17; 18; 19; 58,49; 50; 54; 63. Krüger Gramm. 56,9,5.

23. δεδομένων (*permissis*) συλῶν. cf. δίκην διδόναι de latore legis 23,41; 46; ἐνδεικνύναι δ. 51; συκοφαντίαν 23,67; τιμωρίαν 54; 57; 62. Talionis enim causa moris fuit κηρύττειν εἴ τις βούλεται λῄζεσθαι (Thuc. V, 115,2) vel, ut 51,13 dicitur: σύλας κατασκευάζειν. Ita σύλας ποιεῖσθαι Lys. 30,22 est: praedam agere. Quin etiam collegia quaedam facta videntur ad has rapinas exercendas; memorantur saltem apud Gaium (in Dig. IV de Colleg.) θιασῶται ἢ ἐπὶ λείαν ἐρχόμενοι ἢ εἰς ἐμπορίαν Posteriore aetate dicitur ῥύσια ἀποδιδόναι τοῖς αἰτουμένοις Polyb. 23,4,13, vel καταγγέλλειν Polyb. 4,53,2, cet. Quam late hoc malum grassatum sit Demosthenis aetate docet 2,28; 8,25; 21,173; 24,12; 51,13.

De tota re cf. Böckh. I[3] 174 seq. Büchsenschütz p. 542. s. Citatur locus noster ab Harp. s. v. σύλας.

24. μὴ θέλωσιν. Plerumque oratores eandem normam observant quam Isocrates, ut formam θέλω post vocalem tantum

usurpent excepta formula ἐὰν θεὸς θέλῃ. De Demosthene cf. Voemel. Prolegom. ad D. Contiones § 12. qui affert locos 20,138; 8,48; 53,8; 24,171; prooem. 44,2 ubi codex Σ post μὴ dat θέλειν itemque 47,14; 16,27; 53,8; Prooem 10,2; 34a; 47,2. Contra 16,15 μὴ ἐθέλοντες, 24 μὴ ἐθέλειν, 28 μὴ ἐθελήσουσι, 19,43 Blass μὴ 'θελῆσαι idemque Weil; 301 Weil μὴ 'θέλητ'. In his locis Voemel deserit auctoritatem codicis Σ. Quem virum d. ubique video Blassium esse secutum.

25. τῷ τοιούτῳ. cf. ad § 54.

26. De vocabulo ἀφαιρεῖσθαι cf. 20,66 πολὺ μᾶλλον ἥρμοττε τῶν ἀτυχημάτων ἀφαιρεῖν (*demere aliquid de-*) ἢ τὰς δωρεὰς ἀφαιρεῖσθαι (*adimere*).

26. ἐγὼ μέν. Hermann. ad Viger. p. 841: „μέν si dicitur non sequente δέ, aut intelligi potest δέ aut omittitur illa pars orationis in qua sequi debebat δέ." Hoogeveen ed. Schütz p. 456: „Cum quis de se affirmat aliquid, aliorum fidem minus urgens." Exempla abundant. cf. 21,115; 38,12; 14,12; 16,14 cet, et Krüg. 69,35,2.

27. πώποτε hyperbole inanis, ut 27,7.

28. καὶ ταῦτα. cf. Rehdantz Indic II s. v. Neutrum. Krüg. 51,7,14. De his vocabulis post partic. positis Blaydes ad Ar. Plutum 546.

---

§ 27.

p. 932,2. παρ' ἀμφοτέρων ὁμολογηθέντα. Saepe passivum verbi ὁμολογεῖν praepositionem παρά c. Gen. habet; aliquando eandem c. Dativo: 44,56; 60,4; Lyc. in Leocr. 12; 54. Cum quo usu conferendum videtur παρ' ἐμοὶ κρίνεται ut 61,53; cuius generis plura confert Maetzner ad Lyc. 3.

4. συγγραφαὶ κεῖνται. ut νόμος κεῖται, 24,25; 24,62; (ζημία κεῖται 24,216; 54,23) cuius loco 24,39 et alibi οἱ ὄντες νόμοι vel ὑπάρχοντες 24,100.

4. τέλος ἔχειν idem quod κύρια εἶναι. cf. Antiph. V, 89: ἡ τούτων αἰτίασις οὐκ ἔχει τέλος (rem non absolvit) ἀλλ' ἐν ὑμῖν ἐστι καὶ τῇ δίκῃ. Sic saepe ἔν τινι τέλος ἐστί (velut 18,193). Vide Mätzner ad Antiph. u. s. Dissen ad Pind. Comm. p. 155 (Ol. XIII v. 104).

Alibi τέλος ἔχειν idem quod τ. εἰληφέναι *perfectum et absolutum esse*: Isocr. 7,25; sed πέρας ἔχειν: *ad summum pervenisse* D. 20,92. De locutione τέλος (et πέρας) ἐστί τινος (18,97; 145; 21,109 cet.) cf. Fox ad or. pro Megalop. p. 166.

6. εὐθὺς ἀπ' ἀρχῆς ἀρξάμενοι. Frequens est talis ubertas in definiendo tempore. Sic 57,42: μετὰ δὲ ταῦτα χρόνῳ ὕστερον. 48,33: πρώτιστον μὲν τὸ ἐξ ἀρχῆς, 18,137: μετὰ ταῦθ' ὕστερον, 52,6. quod apud plures obvium: εὐθέως παραχρῆμα. Ad ἀρξάμενοι cf. Kühner II p. 640,1.

Inopia verborum nostri oratoris hic quoque patet; cf. enim §§ 21 et 39, et orationis 48 §§ 40,33.

7. ἐπεβούλευον c. Inf., ut 21,16; 88; 37,24; 32,6; 33,9; 24; Stallbaum ad Pl. Protag. 343 C, Sympos. 203 B. Blaydes ad Ar. Plut. 1111. Rehdantz ad Xen. Anab. 5,6,29. Kühner II p. 578.

8. τε traiectum ita ut locum accipiat inter praepos. et nomen, ut saepe. Kühner II p. 789, A 5.

9. αὐτοὶ ὑφ' ἑαυτῶν. Antithesis legitima (Krüg. Gramm. 51,2,12), ad quam efficiendam saepe, praesertim in poesi, articulus separatur a pronomine (τὸν αὐτὸς αὑτοῦ cet.) Lobeck ad Soph. Ai. 906. In Demosthenis orationibus privatis genuinis non ita frequens est: 36,51 (ubi αὐτοί delet Blass); 57; 27,16; 30,2. At contra in spuriis multo saepius obvia est, velut quinquies in oratione XLVIII. Locos dat Schimmelpfeng u. s. p. 36/37. Plura Weber ad 23,54.

9. ἐλέγχονται οὑτωσὶ καταφανῶς. De voce καταφανής agit Schulze (dissertationis supra laudatae p. 51): in genuinis or. tantum inveniri in tutelaribus, saepius in spuriis, velut ter in oratione XLVIII. Locos dat idem. cf. praeterea Schöm. ad Isae. 3,4.

§ 28.

10. ὃ δὲ πάντων δεινότατον. Miram talium explicationem proposuit Mätzner ad Lycurg. 11 p. 95: articulum abesse propterea quod superlativus vicem impleat comparativi! Sed quo modo explicaret exempli causa locum ap. Plat. Phaedon. 66, D: τὸ δ᾽ἔσχατον πάντων, ὅτι —? Immo, superlat. est praedicatum, quod vocamus.

11. δεῖ in hoc tritissimo transitu minus saepe adhibetur quam χρή. Uberrimam exemplorum copiam huiuscemodi transeundi formularum praebet Gebauer App. ad Lys. 25,19.

γάρ in hoc commate ter repetitur; quod facile incuriae scriptoris attribueris; vide tamen Plat. Apol. 40 A, ubi quinquies legitur. Raro vero duae sententiae per γάρ incipientes (ut hic: οὗτος γάρ — ἐπειδὴ γάρ) explicant tertiam praecedentem: vide Schneid. ad Isocr. 4,172.

12. τὸ ὑμέτερον ἐμπόριον. Emporium (cf. Wachsmuth: Die Stadt Athen im Alterthum, I, p. 323) ea pars est Piraei quae, onerariis destinata, ad septentriones vergit, prominenti ligula separata ab ea parte quae Κανθάρου λιμήν audit, (Bursian: Geogr. v. Griechenl. I, p. 266) ubi νεώσοικοι et σκευοθήκη sunt.

13. εἰς φωρῶν δὲ λιμένα ὁρμίζονται. Lectio sana debetur Palmerio (Exercitationes in Auctores Graeos); legebatur enim εἰσφορῶν λιμένα. Qui locus vero sic sit denominandus non constare videtur. Nam Wachsmuth (u. s. p. 121) φωρῶν λιμὴν esse ait eundem qui hodie vocatur „Trapezona." Est autem Trapezona portus ex adverso phari insulae Psyttaliae, si fides habenda est tabulae in Baedekeri descriptione Graeciae oblata. Contra Bursian (u. s. I, p. 270,271) eundem esse ait, qui apud Xen. Hell. 2,4,31 legitur κωφὸς λιμήν, hodie (Wachsm. p. 123): Κρομμυδαροῦ, (portus inter Piraeum et Trapezonam). Ego non ausim quidquam statuere; locus enim Strabonis c. 395,14 describentis: ὄρος — ὃ καλεῖται Κορυδαλλός — — εἶθ᾽ ὁ φωρῶν λιμὴν καὶ ἡ Ψυττάλεια — — εἶθ᾽ ὁ Πειραιεύς utrique favet. Tertius locus (Bekk.

Anecd. 315,14): ὁ φωρῶν λιμήν ἐστιν ἐν μεθορίῳ τῆς Ἀττικῆς, ἔνθα οἱ λῃσταὶ καὶ κακοῦργοι ὁρμίζονται, e nostro ductus videtur.

ὅς ἐστιν ἔξω τῶν σημείων τοῦ ὁμ. ἐμπ. De ἔξω pro ἐκτός cf. Lobeck ad Phrynich. p. 128 (qui citat Thuc. 8,67; 7,58 cet). σημεῖα autem sunt termini quibus undique certis intervallis emporium erat circumdatum (Böckh I, p. 75 s. et Fränkelii annot. 102; Wachsmuth u. s. p. 323), quibus ab urbe et altera parte portus dividebatur, eo consilio, ut quaecumque merces, invectae in portum Piraei, hos terminos transirent. de iis certum portorium penderetur. Talia σημεῖα aetatem tulerunt, quorum inscriptio haec est (C. I. A I 519): ἐμπορί(ου) καὶ ὁδοῦ ὅρος, ubi ὁδός est via ferens in interiorem Piraeum. (De situ lapidum cf. opus novissimum Curtii: Die Stadtgesch. von Athen, 1891, p. CIV l. 33 seqq.)

16. De ὥσπερ post ὅμοιον cf. Kühner II, p. 995,4.

17. ἔξεστι γάρ: Incitare conatur iudices in adversarium; hoc enim est quod ante pollicitus erat, se esse ostenturum Lacritum in ipsos quoque scelus admisisse. Nam mercium omnium quotquot importabantur, binae pendebantur centesimae (πεντηκοστή) (Wachsm. II p. 116. Böckh u. s.); atque insuper ἐλλιμένιον aliquod (ἑκατοστή, cf. Böckh I, p. 393). Has pensiones detrectasse videntur Phaselitae, in eum portum appellentes qui nomen ab hoc genus hominibus traxisse videtur (non a λῃσταῖς ut vult grammaticus ap. Bekker u. s). Ea quae clam inveherentur (ἀτελώνητα, ἀναπόγραφα) Böckh affirmat a πεντηκοστολόγοις esse prehensa; quod veri est simillimum neque tamen (quod statuit Fränkel annot. 552) ex obscuro loco 21,133, quem Weil explicat de urbis Chalcidis πεντηκοστολόγοις, effici potest.

---

§ 29.

19. πλείους ἢ — — ἡμέρας. Ita πλείους, quamquam rarius, legitur 19,266; 22,35.

Negant Cobet (N. L. p. 478) et Herwerden (Studia Thucydidea p. 90, Mnemos. VIII, 184) posse ἢ abesse, quod affirmaverat Lobeck ad Phryn. p. 411, alii.

21. περιεπάτουν ἐν τῷ δείγματι. Δεῖγμα (recurrit 50,24) secundum Harpocr. s. v.: κυρίως μὲν τὸ δεικνύμενον ἀφ' ἑκάστου τῶν πωλουμένων (sic e. c. D. 18,29; 19,12; 21,183; 23,175, de quo peculiaris dictio est δεῖγμα ἐκφέρειν)· ἤδη δὲ καὶ τόπος τις ἐν τῷ Ἀθήνησιν (immo, alibi quoque: Rhodi, Olbiae, Böckh I 75. Wachsmuth die Stadt Ath. II 106,1) ἐμπορίῳ εἰς ὃν τὰ δείγματα ἐκομίζετο. Usus igitur idem, qui occurrit in aliis fororum nominibus, velut τὰ ἄλφιτα Ar. Equ. 857 (cf. Becker Charikles, ed. Göll 1878 II 198) quem imitati sunt Catullus 55,4 (ubi v. Baehrens) et Martialis 5,20,8. De hoc aedificio cf. Wachsmuth (die Stadt Athen cet.) I 323. Constat intra emporium fuisse prope maris litus (Xen. Hell. 5,1,21), de loco vero ambigitur quamquam est veri simile δεῖγμα esse in numero quinque illarum porticuum quae ex optimo fonte commemorantur a scholiasta ad Ar. Pacem 145. A. Schäfer (Dem. u. s. Z. III Append. u. s.) vertit: *Bazar*; bene, quamquam, si audis viros doct. Wachsmuth et Bursian (Geogr. v. Gr. I 266), spatiando potissimum inserviebat (cf. loco nostro περιεπάτουν). Potes igitur vertere „passage".

Plura dabunt Wachsmuth I p. 106 s. Becker u. s. I 76,2, II 192.

22. ὅπως ἄν. Buttmann, Ind. ad Midianam s. v. explicat: „ὅπως ἄν c. Coni: ut; ita ut ἄν incertum rei eventum indicet: ut, si fieri possit."

24. ὡμολόγουν τε καὶ ἔλεγον. Dictio non differt ab usu Demosthenis. Amat enim ille (Dion. Hal. de admir. vi dic. 58) verborum cumulationem. Sic φάσκειν καὶ ὁμολογεῖν 8,35. Alia exempla vide ap. Rehd. Ind. I. Erweiterung.

26. πεντηκοστεύονται. Bekker Anecd. I 297,21 τῶν εἰσαγο-

μένων (addere poterat καὶ τῶν ἐξαγομένων. Böckh I 382, reclamante tamen Wachsm. II. p. 116) εἰς τὸν Πειραιᾶ — — πεντηκοστὴν ἐτέλουν οἱ ἔμποροι, καὶ τοῦτο ἐκαλεῖτο πεντηκοστεύεσθαι. In inscriptione apud Böckh (Staatshaush. II p. 84) haec quinquagesima etiam de pecore exigitur quod exportatur θεωρίας causa! Locabantur haec vectigalia publicano (ὁ τὴν πεντηκοστὴν ἐωνημένος 59,27) πεντηκοστάρχῳ, qui suo et aliorum participum nomine exigenda curabat, non ipse exigebat; hoc enim munus dabatur servis (πεντηκοστολόγοις) qui acceptorum rationes in codices referebant, quo pacto fieri potest ut 34,7 eorum ἀπογραφή indicet quantum mercium sit impositum; 32,18: κἂν μὲν ἐωνημένος τὸν σῖτον ἐκεῖνος φαίνηται καὶ τὰ τέλη κείμεν' ἐκείνῳ (*eius nomine sint illata in codices*), ut in proximo commate. De vectigalibus cf. praeterea Büchsenschütz p. 554 s.

Pronomen οὗτος quinquies repetitum non abhorret ab usu Demosthenis: cf. 54,22 (in oratione sine dubio genuina) ubi sexies legitur, et Straub, (de tropis p. 130) de polyptoto. Sed molestae sunt sententiae iterum iterumque copulatae per καί, quod genus eloquendi, in spuriis orationibus satis saepe obvium, non inficete vocatur „epicum" a viro d. Lortzing (Diss. de Oration: quas Dem. pro Apollod. scripsisse fertur 1863) p. 35 s. f.

---

§ 30.

27. De τε — τε quibus antithesis infertur vide Kühner II p. 788; ad Dativum ἐπιδημοῦσι τούτοις confer eundem p. 371 s; Krüg. 48,5,3.

27. ἦσαν. cf. 19,3: χρόνος γεγένηται πολύς; 18,26; 45,4. Saepe χρόνος ἐγγίγνεται 19,324; 37,2; 47,29 cet. vel διαγίγνεται 27,63.

p. 933.1. ἤδη post ἐνταῦθα est „demum" ut 18,193; 45,9. Post ἐπειδή saepius continuari per τότε δή exemplis demonstrat Gebauer Append. ad Lys. 12,66.

2. ἠνωχλοῦμεν αὐτοῖς. Idem Dativus 8,42; 18,4; 21,4; 43,20; 48,19; verum accusat. 23,4; 58,68; discrepantia iam a

Grammatico antiquo in Bekk. Anecd. p. 135,26 notata. Locos collegit Rueger (Diss. de orat. adv. Olympiod. 1885) p. 51.

5. *Λάκριτος* sine iusta causa repetitur. Saepe idem fieri in nominibus propriis docet Schoemann ad Isae. 3,24 (p. 243), afferens locos Thuc. 5,18,5 s. f; 32,5 s. f; 36,1 medio; 6,105,2 sub finem; qui quamquam non cum nostro plane consentiunt, tamen rem explicant. Verum non extra dubitationem sunt. Cf. etiam Rehdantz Append. I ad Lycurg. § 87.

Quid scribendi imperiti homines in hac re praestare possint, vides e loco 43,24: *τῆς Φυλομάχης δὲ τῆς ἀδελφῆς τῆς Πολέμωνος καὶ Φιλάγρου ᾧ ἔδωκεν αὐτὴν ὁ ἀδελφὸς Πολέμων, — — — — τοῦ δὴ Φιλάγρου τοῦ ἀνεψιοῦ τοῦ Πολέμωνος καὶ τῆς Φυλ. τῆς ἀδ. τῆς Πολέμωνος — —. Καὶ οὗτοι μὲν υἱεῖς ἐγένοντο Πολέμωνι καὶ τῇ ἀδελφῇ τῇ Πολέμωνος Φυλομάχῃ.*

---

§ 31.

7. *ἠγανακτοῦμεν ἐπὶ τοῖς λεγομένοις.* Locos verbi *ἀγανακτεῖν* ap. Dem. usurpati dat Schulze diss. supra laudatae p. 51: patet plerumque absolute poni; aliquando c. Acc. pronominis (ut 8,55) vel c. *ἐπί* c. Dat; raro sequitur *περί* c. Gen. (41,22; 25) ut ap. Lys. 21,20.

τὰ λεγόμενα ut *τὰ ἐπικαλούμενα, τὰ κατηγορούμενα* Partic. quae vocamus Imperfecti. Mätzner ad Antiph. III *δ* 4 et ad Lyc. § 150. p. 336. Rehd. ad Lycurg. 30.

7. *πλέον δ' οὐδὲν ἦν* ut 36,59; 47,1; c. Dat. partic.: 19,42; 20,7; 55,6. Sic *πλέον ποιεῖν* Andoc. 1,149.

8. *ἀγανακτοῦσιν ἡμῖν* accedit ad epanastrophen de qua infra ad v. 15. Haase ad Xen. de Rep. Lac. 10,5 p. 185: „est hoc admodum frequens in rebus ordine exponendis id, quod verbo finito significatum est, eiusdem verbi participio repetere." Exempla quaedam dabit Kühner II p. 639,1 et 640.

11. *παραπλέον* bene vertit A. Schäfer: „an der Küste entlang fuhr."

Notum est antiquos per mare navigantes quam maxime litori appropinquare solitos esse raroque πελαγίους esse vectos. cf. Xen. Hell. 2,1,17.

12. Παντικάπαιον, hodie Kertsch, urbs in Bosporo Cimmerio sita, caput regni Bosporani, in angulo orientali Chersonesi Tauricae ex adverso Phanagoriae, colonia Milesiorum Ammian. Marc. 22,8; Strabo 7,310; 11,495. Aliud eius nomen, ut supra (§ 10) diximus, est Βόσπορος.

Θεοδοσία (cf. D. 20,33) hodie Kaffa, erat urbs ad oram meridionalem Chersonesi Taurici, colonia Milesiorum, a Leucone regno Bosporano adiecta atque in emporii usum conversa. Multae variaeque ex his urbibus merces exportabantur Athenas; cf. Hüllmann, Handelsgesch. p. 144, 146; Büchsenschütz, Bes. u. Erw. p. 428 s.

15. ἃ ἔτυχεν ἐνόντα· ἐνεῖναι δέ. Vides hic iustam epanastrophen (vel ἀναστροφήν, ἐπαναδίπλωσιν, *reduplicationem*, *regressionem*), quae a vetere rhetore (Hermogen. II, 336 Spengel) tum existere dicitur ὅταν τὸ τέλος τοῦ κώλου ἑτέρου κώλου τις ἀρχὴν ποιήσηται. Alterum membrum plerumque per δέ (Latine *autem*) inducitur: 8,25; 18,13; 35; cf. 23,4. Venustissimum exemplum Ovid. Met. 6,376 de ranis: quamvis sint sub aqua, sub aqua maledicere temptant. cf. Straub (De tropis cet.) p. 115; Volkmann, Rhetorik², p. 471 s. f.; Gebauer. Append. ad Lys. 12,68.

15. τάριχος. Salsamenta Pontica nota sunt: Strabo 3,144,6 Hiberica salsamenta tum sibi uberrime laudare videtur, cum ea vocat οὐ χείρω τῶν Ποντικῶν. cf. ib. 11,493; Athen. III p. 116. VII p. 278 C. Plin. IX. 20,50.

15. οἶνος Κῷος. Strabo 14,657,19 de insula Co: εὔκαρπος δὲ πᾶσα, οἴνῳ δὲ καὶ ἀρίστη. Athen. I, c. 25; Aelian. 12,31.

15. καὶ ἄλλ' ἄττα ut 19,210; 23,72; 22,8 ἕτερ' ἄττα.

§ 32.

18. ἃ μὲν ἔλεγε ταῦτ' ἦν. Sic saepe colligitur; cf. ad § 21, et Gebauer Append. ad Lys. p. 350.

ἄξιον δέ efficit transitum, omissa copula ut 21,131; 46,15; 23,196; (additur 22,8; 24,155 et 23,65; 156 ubi non transitur). Notandus in his formulis est aoristus verbi. Gebauer App. ad Lys. 25,25. Frohberger App. ad. 30,18.

19. βδελυρίαν καὶ ψευδολογίαν. Sic Ar. Nub. 446: βδελυρὸς ψευδῶν ξυγκολλητής. Apud Dem. coniungitur cum ἀναίδεια, ἀναισχυντία 8,68; 21,151; 25,27; 43,39.

20. πρός τε γὰρ τὸ πλοῖον cet. Poterat oratori sufficere ut affirmaret onus impositum, quod periisset, non fuisse suorum debitorum, neque igitur eos secundum legem in contractibus nauticis observatam (vide ad § 13) liberos esse a reddendo mutuo; vult tamen occupare eos, ne dicant se pecuniam Panticapaei factam e mercibus divenditis collocasse in nave.

22. δεδανεικὼς Ἀθήνηθεν ἐπὶ τῷ ναύλῳ τῷ εἰς τὸν Πόντον. Misere hoc ναῦλον interpretes vexavit. Sunt enim qui contendant eo significari merces impositas (Lipsius ad Meier-Schöm. Att. Proc. p. 691, Ann. 581; Fränkel annot. 220 ad Boeckh Staatshaush.). Repugnat vero locus 49,26 et inscr. a viro d. Fränkel ibid. allatae (loco 32,2 aeque dubium videtur), ubi sine dubio significat vecturae pretium; atque sic accipiunt A. Schäfer u. s.; Westermann u. s. p. 88; Hüllmann u. s. p. 170; Thalheim p. 344; dubitant Boeckh (I p. 166 et ann. *b*) et Büchsenschütz u. s. p. 487.

Sed vidimus et petitorem Androclem cum socio et Aratum (§ 23) pecuniam in mercibus collocasse, neque veri simile est, Androclem antea ne verbum quidem dicturum fuisse de hoc tertio creditore; ναῦλον igitur vulgari significatione hic quoque dictum existimo. Non sine causa vero de Vries (de foenoris nautici contractu p. 42) quaerit, qui tandem possit *vecturae pretium* oppignerari; conicere tamen licet pecuniam mutuam in incertum eventum ut ita dicam, esse datam, cum vectores expec-

tarentur qui ab urbibus Menda et Sciona quo appulsura erat navis (vide § 10), essent conscensuri, datumque esse a creditore qui comitaretur navem atque pecuniam exigeret (quod fieri vidimus in δανείσματι ἑτερόπλῳ). ad αὐτός cf. Kühner II p. 560,1.

23. ἐπὶ τῷ πλοίῳ. Sic 56,3 in navem contrahitur. Errat vero Hudtwalcker (Ueber die Diäteten 1812) p. 140 ann. 83 *semper* dicens ubi de foenore nautico agatur in nave quoque collocari pecuniam. Oratio nostra repugnat. Hodie vero navis semper cum mercibus obligatur.

Quo iure de Vries (de foen. naut. contr.) p. 39 dicere sustineat, in oratione LVI cum nave merces quoque esse oppigneratas, quoniam ibid. § 38 legatur: τὰ ὑποκείμενα, non assequor. In tota oratione enim de nave sola fit mentio. cf. ibid § 5, 6.

24. Κιτιεύς. Trapezitae plerumque inquilini erant velut sunt 34,6; 36,30. cf. Büchsensch. p. 511. Citiensis cuiusdam Athenis mortui inscriptio sepulcralis legitur C. I. G. I, 859.

25. ἐξεστηκότος οἴνου. Nemodum quod sciam contulit Bekk. Anecd. I 188 ubi s. v. explicatur: διεφθαρμένος οἶνος τῆς ἰδίας ἐνεργείας (notum est ἐξίστασθαι *mutari*, ut Pericles apud Thucyd. 2,61 ἐγὼ ὁ αὐτός εἰμι καὶ οὐκ ἐξίσταμαι). Idem est τροπίας οἶνος, quod Pollux interpretatur: ὁ τετραμμένος καὶ ἐξεστηκώς, obvium in Δαιταλεῦσιν Aristophanis, fr. VI, Mein.: ταχύ νυν ποτὸν (sic Mein. pro πέτου) καὶ μὴ τροπίαν οἶνον φέρε.

28. De infinitivo χρῆσθαι Krüg. 55,3,20. Locus magni est momenti ad demonstrandum quam vulgaris fuerit vini usus (Becker-Göll. Charikles II p. 338).

———

§ 33.

934,1. *καί μοι λαβέ.* Saepe ubi instrumenta iubentur recitari infinitivus addito *καί* intenditur. cf. Hartung (Die Lehre von d. Partik.) I p. 148. Kühner II p. 792,4; et locos 27,8; 34,9; 32,13; 29,12; Latine dicitur *atque*, velut Cic. pro Rosc. Am. 9,25.

1. *πρῶτον μέν — ἔπειτα.* Raro ad *ἔπειτα* additur *δέ*. Locos enumerat Schulze (dissertationis supra laudatae p. 65); cf. praeterea Schneider ad Isocr. 9,42; Mätzner ad Lyc. § 19, p. 113. Heind. ad Pl. Phaedon. 81E (qui a se enumeratis locis facile centena se addere posse dicit). Egregie fallitur Rohrmann (Diss.) de oratione XLIII 1875) p. 52, qui post *ἔπειτα* desiderat illud *δέ*. Post *μάλιστα μέν — ἔπειτα* ponitur *δέ* 24,7; abest 18,267.

Ceterum Karlowa (Bemerkungen cet. Progr. Pless. 1883) p. 13 ratione subducta, post *πρῶτον μέν* apud Dem. octogies ter ait inveniri *ἔπειτα*, quadragies septies *εἶτα*, atque hoc quidem apud alios orr. Atticos rarissimum esse. Respicit autem solas orationes genuinas.

3. *τούτοις δ' οὐδ' ὁτιοῦν προσήκει τῆς ναυαγίας.* cf. 20,104; 36,46; 43,20; 57,2; 6.

6. *Ἀπολλωνίδης Μενίππου Ἁλικαρνασσεύς* in inscr. apud Kirchner (de litis instrum.) p. 13.

11. *οἰκέτας*: *servi* nautae, ut 33,8. Atque 34,5 (cf. 7) *ναύκληρος* ipse servus est.

13. *κένῃ.* Aliter testatur cuius sequitur testimonium Hippias. Num hoc falsarium admisisse putas?

---

§ 34.

15. Reiskius hic cogitavit de duobus navigiis, quorum alterum perierit in Ponto, alterum salvum redierit Athenas; quae navigia συνέπλεον. De his autem sermo prorsus nusquam est; recteque eum refutat de Vries u. s. p. 96. (§ 33: τῇ νηί. 34: τὴν ναῦν).

16. τὴν ναῦν τὴν εἰς τὸν Πόντον. Saepius sic ἀπό, ἐξ, παρά, περί iunguntur: Krüg. Gramm. 50,8,10 (14). Alter articulus insertus est a Blassio.

25. ἐρίων ἀγγεῖον. Mirum videtur Westermanno (u. s. p. 90), lanam ita transportari. Ego quidem nescio quo modo transportaretur. Sed vides tamen viri doctissimi argumentationem; quocunque modo praeconceptam de instrumentis litium opinionem stabilire conatur. Eodem iure poterat contendere vinum non transportari in pellibus, quoniam apud Germanos doliis includatur.

25. ἓν ἢ δύο. nostrum „een paar": 18,95; 19,276; 20,58; 23,65; 88.

25. ταρίχους κεράμια. Westerm. p. 89. de salsamentis ita asservatis sollicitus, confert Chion. Epist. 6: ἐκόμισέ μοι Φαίδιμος ταρίχου ῥοδίαν. Quae ῥοδία quid sit, non patet; in Steph. Thes. (edit. 1842 s.) non legitur; legitur ῥοδιάς quod genus poculi est.

26. δέρματα e Ponto exportantur 34,10. Strabo 11, c. 493,3: Büchsensch. p. 422; Hüllmann p. 145.

Hippiae testimonium pugnare cum verbis oratoris qui § 32, 33 affirmasset nihil Apollodori proprium in nave esse, ait idem Westerm. At tam nihili hae merces erant, ut facile omitti possent, a petitore praesertim. Atque hic, cessantibus testimoniis, valedicamus Westermanno. Quae protulit sunt pleraque viro bene merito de Demosthene indigna.

---

§ 35.

p. 935,2. De transitu per *μέν* et *τοιοῦτος* facto cf. ad § 24.

4. *πρὸς ὑμᾶς αὐτούς* velut 13,2; 20,61; 163; 36,8; 45. Plura ap. Schneider ad Isocr. 5,9, et Fox Or. pro Megolop. § 9.

4. *ἴστε ἢ ἠκούσατε.* Eadem antithesis Dem. 18,248; Isocr. 12,168. Plato Alcib. II 141 E: *οὐκ ἄλλων ἀκηκόαμεν ἀλλ' αὐτοὶ παρόντες οἴδαμεν.* Confert Frohb. ad Lys. 12,100: Cic Verr. V 27,68: lautumias omnes audistis plerique nostis; vide etiam Schneid. ad Isocr. 5,42. Perfectum vero cum Aoristo sic consociatum esse, non est quod mireris; cf. 20,3; 21,126; et multa alia quae Weber comparavit ad Aristocrateam § 178 p. 480, quibus addas licet 27,49; 34,11.

5. *κατ' ἐμπορίαν* ut 49,31: *κατ' ἐμπορίαν ἰδίαν ἀποδημῶν* cf. ib. 51. Isocr. 17,4: *ἐξέπεμψεν ἅμα κατ' ἐμπορίαν καὶ κατὰ θεωρίαν.* Sed (Dem) 52,3 *ἐφ' ἑτέρᾳ ἀποδημῶν ἐμπορίᾳ.* Plura ap. Rehd. Append. ad Lycurg. § 55. et Indic. ad Dem. II s. v. *κατά.*

7. *πᾶν — τοὐναντίον* extra constructionem est positum, ut *δυοῖν θἄτερον*, *ταὐτὸ τοῦτο*, quod amat Plato (invenitur autem etiam ap. Dem. 21,39; 33; at 19,190 *ταὐτὰ ταῦτα* ut Pl. Protag. 344 D) cet. quae vide ap. Krüg. 46,3,3.

De locis qualis est 19,2: *τοὺς μὲν ἄλλους — — τὴν ἀειλογίαν ὁρῶ προτεινομένους, τουτονὶ δὲ πολὺ τἀναντία τούτου· — — ἀνῄρηκε* cet: ubi non absolute eadem dicuntur vide Weber ad 23, § 128; Schneid. ad. Isocr. 7,76. De *πολὺ τοὐναντίον*, non mutando in *πᾶν τ.* Mätzn. ad Antiph. II, *δ*, 9.

7. *εἰς τὸν Π. ὁ οἶνος εἰσάγεται* ut patet ex magno numero fragmentorum vasorum fictilium quae hodie, praesertim in situ urbis Olbiae, inveniuntur. Sunt autem vina eo importata, indicantibus inscriptionibus vasorum, magnam partem Rhodia, Cnidia, Thasia, de quibus vasis conferantur Büchsenschütz u. s. p. 422; Hermann. Privatalterth. (edid. Blümner 1882) p. 230 s.

8. De vino Coo cf. ad § 31. De ceteris fragmentum Hermippi comici addere liceat (Mein. fr. Com. Gr. II p. 410):

1 seq: *Μενδαίῳ μὲν ἐνουροῦσιν (καὶ) θεοὶ αὐτοί*
στρώμασιν ἐν μαλακοῖς. Μάγνητα δὲ μειλιχόδωρον
καὶ Θάσιον, τῷ δὴ μήλων ἐπιδέδρομεν ὀδμή,
τοῦτον ἐγὼ κρίνω πολὺ πάντων εἶναι ἄριστον.

Et v. 10 seq: *τοῦτ' ἐστὶ τὸ νέκταρ*
τούτου χρὴ παρέχειν πίνειν ἐν δαιτὶ θαλείῃ
τοῖσιν ἐμοῖσι φίλοις, τοῖς δ' ἐχθροῖς ἐκ Πεπαρήθου.

Sophocles vero (Philoct. 548): *τὴν εὔβοτρυν Πεπάρηθον* laudat.

10. *ἕτερα* ubi *ἄλλα* poterat dici. Sic 23,74 *τρίτον δ' ἕτερον δικαστήριον*, sed 43,56 *ἀναγίγνωσκε καὶ τοὺς ἑτέρους νόμους* vertere licet *alteram seriem legum.*

§ 36.

11. *κατεχόμενοι — ἀπεκρίνατο.* De nominativo cf. ad § 7.

12. *ἐλεγχόμενοι εἰ: nonne.* Krüg. 65,1,8.

13. *στατῆρες Κυζικηνοί.* cf. 34,23: *ὁ δὲ Κυζικηνὸς ἐδύνατο ἐκεῖ (ἐν Βοσπόρῳ) εἴκοσι καὶ ὀκτὼ δραχμὰς Ἀττικάς.* Fuerunt olim qui putarent staterem Cyzicenum nummum ficticium fuisse; quos refutat Böckh, Staatsh. I 32 seq. nostro quoque loco usus, nam *χρυσίον* (v. 14) semper est aurum factum (velut 27,10; 13; 48,55). Plura docebit Historia Numorum quam ed. Barclay V. Head (1887) pag. 449 seqq.

16. *πολίτῃ ἑαυτοῦ.* Nam *συμπολίτης* c. Gen. non est Atticum, ut docet Lobeck ad Phrynich p. 172, quamquam, ut monent Schol. ad Ar. Pac. 909, vocabulum ipsum legitur Eur. Heracl. 826.

15. *ἀδελφός*: Apollodorus, Artemone ut videtur, interim mortuo. *αὐτοῦ* non *ἑαυτοῦ* Krüg. Gr. 51,2,5.

16. De *δύναμαι* c. Inf. Aoristi vide Schneid. ad Isocr. 4,102.

16. *δύναιτο* scilicet *frater*, non ipse Lacritus. Cur mutationem subiecti statuat Blassius, non liquet. Apollodorus, cum

Phaselito nauclero Athenis evectus, ut par erat, pensionem urgebat.

17. σχεδόν τι ut 44,14; 31. σχεδόν 2,25; 3,9; 36; 44,11; 60; 58,39; 48. confer. Krüg. Gramm. 51,16,5.

---

§ 37.

18. ταῦτ' ἐστίν. Omissione particulae abruptior fit transitus. cf. 29,31; 32,2; Thuc. 2,9,2 ubi Krüger μέν requirit cf. eiusdem Gramm. 59,1,11, et Gebauer App. ad Lys. p. 250.

19. ἡ συγγραφὴ λέγει ut 9,41 τί λέγει τὰ γράμματα; ubi cf. Rehdantz.

22. ἄνευ ἡμῶν *nobis insciis atque invitis.* cf. ad § 55.

22. Ἀθήναζε παρέχειν, ut παρέχειν εἰς κρίσιν 23,91, εἰς δικην Stallb. ad Pl. Leg. IX. 871, E.

24. ἀναγίγνωσκε, sed § 51: ἀνάγνωθι. Schoem. ad Isae. 3,15: „aoristus flagitat maiore quadam vi et quasi intentius. Numquam ad scribam λάμβανε, nunquam ἀναβαίνετε μάρτυρες nec ἐπιλάμβανε τὸ ὕδωρ."

Sed de maiore vi aoristi in hac trita formula dubitare licet; non raro enim imperativus praesentis excipit aoristi 20,87; 20,123 μὴ ἀφαιροῦ — ἀφέλῃ, 20,167; 50,36; cf. 23,4 ibique Weber.

Saepius aoristum quam praes. usurpari in hac formula (in quibusdam saltem spuriis orat.) patet ex tabula ap. Uhle p. 110.

§ 38.

p. 937,9. *πότερον* plerumque ad evitandum hiatum adhibetur. Sine discrimine ponitur *πότερα*. Utrumque 23,79: *πότερον δέδρακεν ἢ οὔ καὶ πότερ' ἄκων ἢ ἑκών.*

12. *γιγνώσκομεν* saepe ita usurpatur de notitia durante, ut probat Fox ad Megal. p. 46.

12. *ἑωράκαμεν* scripsit Dindorf refragantibus codicibus, Reiskio, Bekkero, Schaefero. Apud comicos quidem metrum persaepe *ὁ μικρόν* postulat (Blaydes ad Ar. Thesm. 32. Plut. 98. Nub. 766 cet) verum in Demosthene codices valde variant, ipseque Σ non raro exhibet *ω*. (vide locos ap. Voemel. Proleg. Gramm. ad D. contiones p. 79; plura dat Franke, Lect. Aesch. Philol. I Suppl. 448 qui in novissima Aeschinis editione 1888. Praefat. ad 1,53 eandem normam nunc quoque in Aeschine observat). Cum vero Σ persaepe brevem syllabam praebeat neque excogitari possit causa cur Demosthenes sibi non constiterit, praeferenda videtur forma Grammaticis minus nota. De nostro tamen oratore quis certum aliquid statuet?

13. *φανερὰ ποιῆσαι* idem quod (*εἰς*) *ἐμφανὲς καταστῆσαι*: 52,10; 33,18; 56,3; 38; 39; 40; 45.

ἀφανίζειν τὰ ὄντα est *vendere*; sic Lys. 20,23: *τὴν οὐσίαν ἀφανῆ καταστῆσαι* idem est quod *ἐξαργυρίζειν* Dem. 5,8.

De discrimine inter *ἀφανής* et *φανερὰ οὐσία* cf. Büchsensch. p. 38. Lipsius ad Mei.-Schoem. annot. 519 (p. 670) sic definit: „*φανερὰ* ea est *οὐσία* quam quis ita possidet, ut se possidere negare nequeat." Atque huic favet locus 27,55: *φανερά* opp. *κεκρυμμένα*, quae non sub terra defossa sed domi sunt (*ἔνδον* § 56).

---

§ 39.

14. *γάρ* sic post interrogationem saepe, confirmans omissum proprium responsum. cf. 31,5; 55,14; 18. Eadem breviloquentia in *νῦν δὲ — οὐ γάρ* ubi contrarium per *νῦν δέ* inductum, non explicatius profertur. Stallb. ad Pl. Apol. 38 B.

15. *οὐδὲν κυριώτερον* cet. Quae ex hac formula concludat Szanto vide ad § 13 s. f.

16. *προσφέρειν νόμον* cet. *πρὸς τὴν συγγραφήν*: *adhibere ad contractum eventendum.* Sic mihi *προσφέρειν* vertendum videtur; significatione nata ex *προσφέρειν μηχανάς, τεχνήματα*, unde saepe (Lys. 1,8. Xen. Cyrop 6,1,31. Lucian. Dial. D. 6,2. Aelian. Var. H. 10,2) *προσφέρειν λόγον*: oratione quasi ariete uti ad evertendam pudicitam. In mentem venit Horatianum illud (Od. III, 7,20). „Et peccare docentes Fallax historias movet" (scilicet ut labefactet eius pudorem).

20. *ἰδίοις αὐτῶν* supra § 2, ut 2,16; 19,307; 50,66; 55,8. Multa exempla collegit Rehd. Ind. II s. v. ubi *ἰδίον* aut c. Gen. aut c. possessivo pron. iunctum est. Iam Phrynichus et Priscianus hunc usum indicaverant. Lobeck ad Phryn. p. 441.

20. *οὕτως εἰσὶν οὗτοι* cet. Saepe consummatur invectio in adversarios addita brevi sententia per *οὕτως* inducta: 18,163; 23,153; 57,65 cet. Ut supra § 22 vidimus de voce *τοιοῦτος*. Quod autem *οὕτω* est positum in initio, causa est in aperto: sic enim eius vis itenditur. De hyperbato cf. Volkmann Rhetorik p. 436; Straub, De tropis cet p. 127; ad *οὕτως* ita traiectum vide 18,220; 19,115; 20,82; cet. Sic Cic. Verr. V § 121: quis tam fuit illo tempore ferreus, cet. Etiam ubi postponitur *οὕτω* (cf. ad § 25) haud raro inseruntur illa vocabula, velut 23,120; 31,11. Exempla permulta contulit Strange Jahns Jahrb. Suppl. III p. 584. cf. Schneider ad Isocr. 9,29.

20. *κακοῦργοι σοφισταί.* Sic 20,113 *κακουργῶν* idem quod *συκοφαντῶν*. cf. 22,4 *κακοῦργοι λόγοι* et 24,157; 31,8; ap. Plat. de Rep. I 341, A ut synonyma iunguntur *συκοφαντεῖν* et *ἐν τοῖς λόγοις κακουργεῖν*. Atque adeo ipse Demosthenes ab Aeschine 3,16: *κα-*

κοῦργος σοφιστής, 3,200: κακοῦργος ἄνθρωπος καὶ τεχνίτης λόγων vocatur. cf. Wolf ad Leptin. p. 334. Weber ad Aristocr. § 2. Stallb. ad Plat. u. s. Secundum iuris normam aliud significat κακοῦργος, vide ad § 47. σοφιστής vero antiquiore tempore cum laude dicebatur, atque sic etiam adhibetur ab Isocr. 4,3 ubi vide Schneider; etiam (Dem) 59,21 sine vituperatione Λυσίας ὁ σοφιστής dicitur.

---

§ 40.

21. *μὰ τὸν Δία τὸν ἄνακτα.* Iam Libanii tempore grammatici quidam haeserunt in his verbis quibus confirmaretur orationem esse spuriam, ille vero (cf. Argum.) dicta existimat κατὰ τὴν τοῦ προσώπου τοῦ ὑποκειμένου συνήθειαν. Cui argumento aliquatenus concedi potest; pugnat tamen illud ἄναξ cum atticorum scriptorum usu in oratione soluta observato. Nam quod Isocr. 9,72 legitur, Cypri ἄναξ regulorum nomen erat, ut demonstrat Athen. VI. p. 256A. Atque Kühnlein (diss. De vi et usu precandi et iurandi formularum cet. Neustadt 1882.) exscribens p. 3 seq. omnia iuramenta apud decem oratores Atticos usurpata haec indicat eponyma Iovis: σωτήρ (Din. 3,15; 1,36) Ὀλύμπιος (Aesch. 1,55; 76; 3,255; Dem. 24,121) μέγιστος (Ps. Dem. 48,2) ξένιος (Epist. 5,1).

In Demosthenis orationibus multo plura iuramenta obviam esse quam in aliorum oratorum, iam saepius demonstratum est (Blass. Att. Bered. III, 1, p. 79, 153. Sigg. u. s. p. 421, alii). In eorum autem usum quibus illa dissert. non in manibus est, numeros adscribam quos computavit Kühnlein: Antiphontem semel iureiurando uti, bis Andocidem, novies Lysiam, quinquies decies Isaeum, ter Lycurgum, ter Hyperidem, undecies Dinarchum, undequadragies Aeschinem, Demosthenem vero (atque Pseudo-D.) si et preces et formulae iurandi includuntur, non minus quam trecenties semel! Isocrates iis prorsus abstinuit.

De μά Krüg. 69,34, Kühner II p. 699; negatio ei semper additur excepto loco Aeschin. 1,88.

De articulis in τὸν Δία τὸν ἄνακτα cf. 21,115; 18,253; Schoem. ad Isae. p. 417 seq.

22. καὶ τοὺς θεοὺς ἅπαντας. De invocatione cunctorum deorum cf. Amersfoordt ap. Schaef. Appar. Crit. I, p. 802.

Omissum ἄλλους (legitur tamen 9,54) ex usu communi est, quem imitatus est Hor. Od. 1,10,5: *Magni Iovis et deorum;* cf. Cic. Tusc. 4,5,9: *Chrysippus et Stoici;* Schoem. ad Isae. 1,16; Schneider ad Isocr. 9,56; Blaydes ad Ar. Plutus 1; Krüg. Gr. 69,32,2; Rehdantz Ind. I s. v. Erweiterung 3.

24. Ἰσοκράτει ἀργύριον ἀναλίσκειν. Sic ἀναλίσκειν c. Dat. *mercedem dare* legitur 18,19; 58,64; cf. 59,23. Notum est pecuniam id temporis solitam esse dari rhetoribus, qui (ut ait Isocr. 13,9) τῇ μικρότητι τῶν μισθῶν καὶ τῷ μεγέθει τῶν ἐπαγγελμάτων alliciebant auditores; atque ipse Isocr. 15,5: τοῦ πλούτου καὶ τοῦ πλήθους τῶν μαθητῶν causa se petitum esse dicit actione ἀντιδόσεως. De pretio institutionis consule Büchsenschütz u. s. p. 564, et Blass, Att. Bereds. II. p. 63.

25. μαινοίμην γὰρ ἄν ut Prooem. 45,4; Ar. Plut. 1070; Thesm. 196.

26. οὐ μέντοι — γε raro iunguntur. Ex iis quae Lobeck ad Phryn. p. 342 e Dem. affert, solus locus 18,112 etiam nunc sic legitur. Extra Atticam dialectum ferri posse videtur; cf. Mätzner ad Antiph. p. 252.

26. οἶμαι δεῖν saepe in confutatione, velut 22,40; 54,27 cet. Adnotandum videtur, interdum verbum δεῖν nullam in hac constructione habere vim ad mutandum casum sequentem; cf. Francken Comment. Lys. p. 75 s., qui affert D. 19,235; 24,131, cet. et Krüg. 55,2,2; Gebauer, Append. ad Lys. p. 494. De grammaticorum commento, οἶμαι dici de certa persuasione, οἴομαι de opinione incerta, vide Schoem. ad Isae. p. 293 s., atque sic Schol. ad Ar. Plut. 267 (οἶμαι δὲ νὴ τὸν οὐρανὸν καὶ φωλὸν αὐτὸν εἶναι): καλῶς τὸ οἶμαι· — — τοῦτο κρυφῇ ὂν ἀπὸ εἰκασμοῦ λέγει.

27. καταφρονοῦντας καὶ οἰομένους δεινοὺς εἶναι. καταφρονεῖν nude positum legitur Andoc. 4,16; Xen. Hell. 3,2,1; 4,4,10; 4,8,36; Symp. 1,5.

Qui loci me permoverunt ut reicerem quod conieceram, delendum esse καὶ οἰόμενους, ut esset καταφρονεῖν: *bene conscium sibi esse*, qui usus Herodoto proprius (v. Stein ad 1,66) ne ab Atticis quidem abhorret, ut demonstrant loci Xen. Hell. 5,4,12. Thuc. 3,83,2. cf. Kühner II. p. 576,1. Vidi postea, idem placuisse Schaefero.

Reiskio iam scrupulum iniecerat haec dictio; mavult legi ἀνθρώπων καταφρονοῦντας, vel ἀνθρώπους καταφρονοῦντας. Dobree Adv. II p. 158: οἶμαι δεῖν τῶν ἄλλων καταφρονοῦντας.

29. πονηροῦ σοφιστοῦ cf. Krüg. 47,6,8.

30. cum οἰμωξομένου G. H. Schaefer contulit Ar. Pac. 756: ἑκατὸν δὲ κύκλῳ κεφαλαὶ κολάκων οἰμωξομένων ἐλιχμῶντο, ubi Blaydes vertit: „cursed, rascally".

---

§ 41.

p. 938,2. De εἰσελήλυθε, formula usitata de actore et reo et ipsa lite, cf. Mei.-Schoem.-Lips. p. 45, ann. 12. Dem. 18,105; 21,6; 78 cet. De iudicibus quoque adhibetur 18,210; 21,212; 47,17. Buttmann Ind. ad Midianam s. v.; Frohb. ad Lys. 13,12 et Gebauer in Append.

3. τὰ πεπραγμέν' ἑαυτοῖς. Dativus pro ὑπὸ c. Gen. plerumque Perfecto aut Plusq. P. additur, raro (3,26) Imperfecto vel Aoristo (23,48; 36,3; 37,6,9). De hac constructione Benseler ad Isocr. 9,2 sic docet: „τὰ ἐκείνῳ πεπραγμένα dicitur de factis quae aliquis quodammodo nunc possidet, ut aliquid praeclarum aut malum, τὰ ὑπ' ἐκείνου πεπρ. de iis quae facta sunt ab aliquo ubi tamen non quaeritur, utrum qui illa gessit iis gaudere an dolere possit." Plerumque eam inveniri apud verbum πράττω exemplis demonstrat Karlowa (Bemerkungen, cet) p. 9; raro ad partic. πεπραγμένα adiungitur ὑπό (19,9; 95; 117; 36,34) rarius etiam subiectum est substantivum (21,19). Vide praeterea Fox ad Or. pro Megalop. § 19.

Pluralis *ἑαυτοῖς* secundum *σχῆμα* quod vocatur *πρὸς τὸ νοούμενον, πρὸς τὸ σημαινόμενον* adhibitus est, de quo agit Krüg. ad Thuc. 3,111,2, idemque Gramm. 58,4,3; Kühner II, p. 77*a*, δ.

4. *δεινός* apud Isocr. 15,15 sic definitur: *τοὺς ἥττους λόγους κρείττους δυνάμενος ποιεῖν* atque saepe vituperationem habet, velut apud Dem. 23,5,18,276 cet.; cf. Frohb.-Geb. ad Lys. 12,86. Dicitur non solum *δεινὸς λέγειν* sed etiam *εἰπεῖν*. Utrumque coniunctum Isocr. 21,5, non observato quod discrimen statuit Krüg. 65,1,4.

5. *λόγους πορίεσθαι.* De *λόγους* cf. § 16. 25. Sic Hor. Ep. 1. 6. 31: *Virtutem verba putas.* Exempla abundant; cf. Schneider ad Isocr. 4,146; Krüg. ad Thuc. 8,212; Rueger diss. supra laudatae p. 66. Cum *πορίεσθαι* vero (idem legitur 18,127; 60,12 *ὅ, τι χρὴ λέγειν πορίσασθαι*). contulerim 18,308: *πεφωνασκηκὼς καὶ συνειλοχὼς ῥήματα καὶ λόγους συνείρει τούτους*, et Blaydes ad Ar. Ach. 398: *ξυλλέγων ἐπύλλια.*

6. *παράξειν ὑμᾶς*: *se vos deducturum a via esse, decepturum*, ut vertit Mätzner ad Lyc. § 32 p. 140. Exempla praebet index Reiskianus p. 375; sic *ἀπάγειν τοὺς δικαστὰς ἀπὸ τῆς ὑποθέσεως* 19,242, de qua locutione vide Wolf ad Leptineam 15 (nunc 18), et *ὑπάγειν* (6,31 cet.; loci leguntur ap. Weber ad Aristocr. 95) quod bene Rehdantz ad Lyc. 32 vertit „verleiten". Sic *παραγωγή* 23,95; 219; 40,21; 30,26; Pollux 9,132: *ἀπάτη — — — στροφὴ — — παραγωγή, πλάσμα, φεναχισμός.* De locutione *παράγειν τοὺς νόμους*, idem quod *διαστρέφειν* cf. Schoem. ad Isae. 11,36. Saepe autem iudices audiunt se deceptum iri; demus enim Atheniensis *εὐπαράγωγος* est (Ar. Eq. 1115).

7. *ἐπαγγέλλεται* est vox propria de sophistis artem profitentibus, velut Plat. Protag. 319 A, ubi variat cum *ὑπισχνεῖσθαι*, Latine *denuntiare* (Piderit ad Cic. de Or. I, 22,103).

καὶ transpositum ut Thuc. 3,71,1; 67,6; 4,105,1; 5,88. De plurali *ταῦτα*, qui rem per singulas partes considerari iubet, cf. Weber ad Aristocr. 7. Westermann ad 1,7.

---

§ 42.

9. *καὶ πρῶτον μέν.* Per *καὶ* saepe a generali sententia ad partes transitur, ut 21,79; 24,18; 160; 44,45; Latine: *ac primum quidem.* Saepe, ut hic, *πρῶτον μὲν* non continuatur si quando primum membrum longius fit, oratoremque avertit. Ex abundantia auctoritatum has indicabo: Mätzner ad Antiph. p. 191; Weber ad Aristocrateam § 196; Westermann ad 8,14; Gebauer Append. ad Lys. 12,65.

11. *αἰσθάνεσθε πονηράν* cet., non adiuncto participio, ut *οἶδα* (4,18; 18,10), *ὁρῶ* (3,8; 20,13), *πυνθάνομαι* (4,41), *εὑρίσκω* (24,143).

13. *ἀποστερεῖν καὶ μὴ ἀποδιδόναι.* De arsi cf. ad § 1. Stein ad Herod. 3,25,3, et Rehd. Ind. I s. v.

15. *τοῦ παιδεύοντος.* Sic non raro *διδάσκαλος* in malam partem accipiendum est; cf. 50,35: *κακῶν διδάσκαλος*, Aesch. 1,172; Isocr. 12,101; Sen. Thyest. 311: saepe in magistrum scelera redierunt sua.

16. per *δ' οὖν* reditus paratur ad propositum. Krüg. 69,52,3; Kühner II p. 712,*d.* Ita saepe post parenthesin: Thuc. 2,34,4 atque ibi Krüg. Dissen ad Or. de Cor. 261.

17. *χιλίας δραχμάς* poposcisse Isocratem commemoratur a Plut. Dem. 5; Vit. X. orat. 837 D.

---

§ 43.

18. *κελεύσατε.* Tales adhortationes quibus iudicibus praecipitur quae via sit sequenda in diiudicanda lite abundant: 21,40; 36,60; 39,35; 40,54; 60; 45,50; 56,31.

19. *ἢ ὡς — ἢ ὡς — ἢ ὅτι.* Variatio satis vulgaris: 47,27; 58,10. Schoem. ad Isae. 5,3. Apud Herod. sese hae particulae ita excipiunt ut altera abundet. cf. 3,71 s. f: *ἴστε — ὅτι — ὡς οὐκ ἄλλος κατήγορος ἔσται*, ibique Stein.

21. De crebra omissione accusativi pendentis ex impersonali δεῖ cf. Weber ad Aristocr. p. 306.

21. ἄλλο τι. De accusativo Krüg. 46,5,9. Plena locutio legitur ap. Platon. de Leg. IX 868 B: χρώμενοι τῷ κτείναντι χρείαν ἣν ἂν ἐθέλωσιν.

25. σοφώτατον — ἐὰν ὑμᾶς πείσῃ. Delectantur iudicum aures talibus blanditiis quibus ne in contionibus quidem abstinent oratores. Sic 3,15 ad populum conversus Demosthenes: γνῶναι πάντων ὑμεῖς ὀξύτατοι τὰ ῥηθέντα. De iudiciis vero Philocleon (Ar. Vesp. 563): φέρ' ἴδω, τί γὰρ οὐκ ἔστιν ἀκοῦσαι θώπευμ' ἐνταῦθα δικαστῇ;

25. τοὺς περὶ τῶν συμβ. τῶν ἐμπ. δικάζοντας. Δικάζειν περί c. Gen. ut 22,43; 40,16; 45,50 (ubi variat cum ὑπέρ); 47,46. Nudus Gen. adiungitur 23,24. Alibi Accus. de quo cf. ad § 46.

Patet autem nostro loco, quocum confer § 46, lites mercatorias diiudicari solitas esse ab hominibus harum rerum prudentibus. Eadem ratio obtinebat in delictis militaribus, iisque quae contra mysteriorum religionem erant commissa. cf. Mei.-Schoem.-Lips. p. 158 seq. Platner autem (Der Process und die Klagen 1824) I, p. XXIII conicit hos iudices sorte designatos esse ex iis mille heliastis qui supererant, decem iudiciis ordinariis expletis, quorum singula quingenos viros numerabant. Fuerunt qui putarent τοὺς ναυτοδίκας iudicavisse in his rebus; (de Vries u. s. p. 103 s.) quos refutat Mei.-Schoem.-Lips. p. 96 seq.; scilicet nautodicae antea εἰσῆγον has lites; quod munus aetate Demosthenis transiit in Thesmothetas; 33,1; 34,45. Böckh, Staatsh. I. p. 64. De loco horum iudiciorum nil constat; quod enim quidam concluserunt ex Ar. Equ. 979 ἐν τῷ δείγματι τῶν δικῶν nihili est; putabant scilicet in digmate (de quo supra vidimus) agi esse solitum; est autem δεῖγμα τῶν δ. locus ubi quasi specimina quaedam proponuntur actionum, scilicet forum urbanum (Schoem. Opusc. Acad. I 228). In turbis enim Piraeensibus nemo facile credat ius dici potuisse; cf. etiam Wachsmuth, Die Stadt Athen, II p. 108.

§ 44.

28. χωρὶς δὲ τούτων ut 20,25; 26,8; 2,4; 3,8; sic ἄνευ 18,89; 23,112, 138; 24,59, de quo Schneider ad Isocr. 4,32.

28. φέρε ad plures, plerumque sequente εἰ vel ἐάν, 8,34; 20,38; 23,57; 106; 124; 39, 10; vel γάρ; cf. Gebauer ad Lys. p. 227. Sua significatione c. Acc. obiecti legitur 18,73; 106; 179; 19,61; Mätzner ad Lyc. 129. Sic εἰπέ, de quo vide Weber ad Arist. p. 346; Schaefer Appar. Crit. I, p. 331; Blaydes ad Ar. Ach. 319; ὅρα 20,21; 55; plura apud Kühner II p. 75,4,a.

28. Iuramenta per πρός plerumque adduntur verbis considerandi (9,43; 19,19; 20,43; 23,24 cet.), ut in gravioris rei expositione attentio iudicum sollicitetur. Kühnlein (De vi et usu precandi et iurandi formul.) p. 58.

Argumentum quod sequitur πλαστὸν est ἐπιχείρημα, de quo vide Volkmann Rhetorik[2] p. 232.

29. συνεβεβήκει. De augmento plusquamperfecti, quod in libris MS. hic et alibi aliquoties abest, cf. Voemel. Proleg. Gramm. ad Dem. Cont. p. 89—92.

p. 939,1. μή. Asyndeton in antithesi crebrum cum alterum membrum per negationem opponitur alteri: 1,22; 4,14; 34; 8,57; 72; 20,141; 150; 23,25. Quidam loci ap. Voemel. ad Phil. I pag. 421 hodie aliter leguntur, cf. Lob. ad Ai. 1136.

8. ὥσπερ καί. De καὶ abundanti post relativa cf. Frohb. Append. ad Lys. 31,27. Notissimum est exemplum Ar. Eccles. 221 seq. ubi ὥσπερ καὶ πρὸ τοῦ epiphonematis instar usque iteratur.

7. καὶ οὐ, Latine: *ac non*, in hac oppositione rarius est quam ἀλλ' οὐ minusque efficax. Usurpatur in interrogationibus duplicibus ita positis ut prior sit neganda. Vide Schneider ad Isocr. 4,178; Kühner II 822/3.

5. νυνί. Praeceptum grammaticorum τὸ νυνὶ ἐπὶ μόνου τοῦ ἐνεστῶτος τάσσεται (Etym. M. p. 608,45) paulo liberius est interpretandum, ut docet Schoem. ad Isae. 1,21. Sic apud Platonem non raro cum praeterito iungitur: Symp. 193 A; Hipp. Min. 372 E;

de Rep. I 354 C cet. Atque hoc quidem loco praeferenda videtur lectio *καταχέχρηται*, ut edunt Reiske, Bekker, Schaefer, Dindorf; is enim qui exceptionem movet priore loco causam dicit (Mei.-Schoem.-Lips. p. 851).

5. *καταχρῆται*: *susque deque iactat, cum fastidio et odio ingerit* (Reiske). *λόγῳ καταχρῆσθαι* non semel est *mentiri*, velut 47,9; 40; 49,39, 45. Locum 17,1 huc non traxerim. Sic nudum *κατεχρῶντο ὡς* 43,38; 48,44.

7. De variantibus activo et medio verbi *εἰσπράττειν* Krüg. 52,10,6. Mutatur aliquando cum *ἐκπράττειν* (velut 23,205), quod est vocabulum proprium de exigenda multa. Heredibus autem ius fuit exigendi quaecumque testatori debebantur. Mei.-Schoem.-Lips. 598 s.

---

§ 45.

11. *παραγραφὴν παραγράφεσθαι* *exceptionem opponere;* cf. ad § 2. Alibi *π. ποιεῖσθαι* 36,2; *π. δοῦναι* 34,17; *ἀντιλαγχάνειν* 37,33; vel simplex *παραγράφεσθαι* 36,24; 32,1; 24 cet; additum *μὴ εἰσαγώγιμον εἶναι* 32,1; 36,24; 38,1. Exceptioni opponitur *εὐθυδικία* 34,4; 45,6.

12. *μὴ εἰσαγώγιμον εἶναι.* Hoc solum iudicum est, statuere utrum oporteat actionem dari annon.; cf. 32,22 s.; 36,2. Meier-Schoem.-Lips. p. 851. Si petitor causa cadit, lis aut finem habet aut alio iudicio est diiudicanda.

12. De formula *εὖ οἶδ' ὅτι* Krüger 69,48,2. Weber ad Arist. 33.

14. *δεινὰ πάσχειν* ut infra § 50; 43,60; 48,28 cet; 50,39 *οὐδὲν δεινὸν πείσει.*

15. *ψηφίζεσθαι* c. Dat. etiam omisso Accusativo rei, est *τὴν ψῆφον διδόναι*; utrumque 21,188; cf. 24,35, et Schoem. ad Isae. 1,38.

16. *ἔπειτα* non ita saepe in hac indignabunda interrogatione

occurrit; plerumque adhibetur εἶτα. Invenitur quoque κἄπειτα Ar. Thesm. 637. De ἔπειτα δῆτα Blaydes ad Ar. Aves 911. Krüg. 69,24,2. Exempla vide ap. Rehd. Ind. II s. v.

16. ὦ Λάκριτε. Avertitur oratio a iudicibus vehementerque interpellatur adversarius per apostrophen. Straub (De tropis cet) p. 88: „fictio vel figurandi vis hic in eo consistere videtur, quod oratio quamquam averti videtur, tamen in eos intenditur, quorum docendorum vel commovendorum causa habetur, atque fere etiam maiore vi et impetu, quam si in ipsos dirigeretur". Demostheni autem propria est brevis allocutio qua flagitare videtur ut aures arrigat adversarius: 18,112 ἀκούεις Αἰσχίνη; 290; 24,162; 195. Neque vero frequens est. Vide locos e privatis orationibus collectos apud Sigg u. s. p. 420; accuratius ap. Schulze p. 77.

19. τὸ αὐτὸ δίκαιον *idem iuris titulus quo nitimur.* cf. Rehd. Ind. II s. v.

---

§ 46.

20. βδελυρός τις. De τις, quod adiectivi vim auget, Stein ad Herod. 5,33,9; Rehd. ad Xen. Anab. 7,3,35, et in Ind. II s. v.; Kühner II § 470,3, p. 570 s. Sic Latine *quidam;* Kühner, Ausf. Gramm. d. Lat. Spr. § 119, A 6, p. 471.

23. Ad δικάζειν c. Acc. cf. § 43. νυνί est *his hibernis mensibus.* Nam ἐμπορικαὶ δίκαι in earum numero erant quae ἔμμηνοι vocantur (Pollux 8,101; Harp. s. v.; Bekk. Anecd. p. 237,33), *uno mense diiudicandae;* cf. 33,23: αἱ δὲ λήξεις τοῖς ἐμπόροις τῶν δικῶν ἔμμηνοί εἰσιν ἀπὸ τοῦ βοηδρομιῶνος μέχρι τοῦ μουνιχιῶνος, ἵνα παραχρῆμα τῶν δικαίων τυχόντες ἀνάγωνται. Xenophontis aetate hoc nondum erat lege sanctum; proponit enim (de Vectig. 3,3) εἰ δὲ καὶ τῇ τοῦ ἐμπορίου ἀρχῇ ἆθλα προτιθείη τις, ὅστις δικαιότατα καὶ τάχιστα διαιροίη τὰ ἀμφίλογα, ὡς μὴ ἀποκωλύεσθαι ἀποπλεῖν τὸν βουλόμενον, πολὺ ἂν καὶ διὰ ταῦτα πλείους τε καὶ ἥδιον ἐμπορεύοιντο. Quae hic desiderantur

postea instituta sunt. cf. Dem. 7,12; 37,2. Lys. 17,5. Böckh, Staatsh. I p. 64; Meier-Sch.-Lips. p. 907.

26. εἰς τὸ δεσμωτήριον παραδοθῆναι. In solis mercatoriis causis hoc obtinebat, in carcerem dari si quis non ad diem solvisset iudicatum; vide 33,1: τοῖς ἀδικοῦσιν (ἐμπόροις scil.) δεσμὸν ἔταξε τοὐπιτίμιον, ἕως ἂν ἐκτείσωσιν ὅ,τι ἂν αὐτῶν καταγνωσθῇ. 56,4; cf. 21,176; Antiph. 5,63. Hudtwalcker (Ueber die öff. u. Priv. Diaet. 1812) p. 152,92. Mei.-Schoem.-Lips. 637 et 963.

Verbum autem παραδιδόναι plerumque designat *tradere iis qui pœnas exigendas curant*, τοῖς ἕνδεκα (Mei.-Sch.-Lips. 85 ann. 125; 957 ann. 549), τῷ δημίῳ, qui παραλαμβάνουσι (24,80); aliquando iudicibus: 21,2; 25,36; 51,4; 51,8 ut nostro loco εἰς τὸ δεσμωτήριον cf. Frohb. ad Lys. 13,68; 14,17; 30,10. Alibi κατατίθεσθαι εἰς τὸ οἴκημα 56,4; ἐμβάλλειν εἰς τὸ δεσμωτήριον 53,14; Pass. ἐμπίπτειν εἰς τὸ δεσμωτήριον 25,60; Lycurg. 112 ἀποτιθέναι.

27. προσοφλόντας. De verbis per προς — compositis cf. Weber ad 23,89; Schaef. App. IV p. 80. V p. 15; Voemel proleg. gramm. ad D. contiones § 130. Huius normam sequi licet: πρός non nisi cum καί et δέ coniunctum (cf. Kühner II p. 456; Krüg. 68,2,2) a verbo separari posse, scilicet adverbium esse. Libertatem tamen scriptoribus concedi oportet; sic Ar. Eq. 578: καὶ πρὸς οὐκ αἰτοῦμεν οὐδέν ubi aeque bonum esset προσαιτοῦμεν, contra Vesp. 1420 editur: καὶ χάριν προσείσομαι ubi videtur πρός melius separari a verbo, velut Blassius Dem. 25,24 scribit: πρὸς ἔλαχεν; idem tamen 32,9: προσείληχεν, ubi sane καί longius a πρός diremptum est. Vide eiusdem lectiones 23,89; 27,67 s. f.; 27,32; 29,21; 31,7; 27,60 s. f. Certam rationem non deprehendes.

27. τὰ ἐπιτίμια generale nomen poenarum solvendarum est. Schoem. ad Isae. 3,47; Mei.-Sch.-Lips. 956, Ann. 546; Mätzner ad Antiph. 4, α, 4 cet. In mercatoriis litibus si petitor causam non probasset, ἐπωβελία imponebatur, solvenda adversario; statim autem sponsores dare debebat, se eam pensurum esse, aut in carcerem includebatur donec solvisset. cf. 56,4; Mei.-Sch.-Lips. p. 637 et ann. 413.

§ 47.

28. καὶ πῶς. De καὶ adversativo (idem fere quod ἔπειτα) cf. 19,232 καὶ τίς; 20,83; 21,98; 222 cet. Weber ad 23, § 124. Mätzner ad Antiph. 5,57, et ad Lycurg. § 144, p. 324 s. Rehdantz ad Lyc. 35, et Ind. II s. v. καί. De πῶς Gebauer: De arg. ex contr. p. 19 seq. 76 s. 278 s.

29. δεινὸν καὶ σχέτλιον saepe iungitur: 19,146; 226; 20,156; 40,53: σχετλιάζων καὶ δεινοπαθῶν.

p. 940,3. ἀπάγοιντο εἰς τὸ δεσμωτήριον quod fit per undecim viros. Mei.-Schoem.-Lips. p. 963.

5. πείθεις de conatu, ut saepe. Schoem. ad Isae. 1,26. Krüg. 53,1,7.

5. λαβεῖν δίκην περὶ τῶν ἑ. σ. Hic *poenas repetere*, rarissime *poenas dare*: Herod 1,115; Eur. Bacch. 1305. Stein ad. l.l. confert τὸν μισθὸν λαβεῖν. Raro δίκη περί legitur; plerumque ὑπέρ, velut 9,44; 23,41; 46; cf. Frohb. App. ad Lys. 1,35. Rehd. App. ad Lyc. § 9.

6. παρὰ ποίᾳ ἀρχῇ ἢ ἐν τίνι χρόνῳ; Frequens est variatio inter ποῖος et τίς. Vide 18,311 ubi sese excipiunt τίς quater repetitum, ter ποῖος, semel τίς, semel ποῖος, bis τίς, et 19,282; 342; 21,41. Adde Schneider ad Isocr. 1,5.

7. παρὰ τοῖς ἕνδεκα. Undecim viri quid habeant muneris in dicendo iure, vide ap. Meier-Sch.-Lips. p. 85 seq.

9. κακοῦργοι sensu iuridico sunt etiam λωποδύται, βαλλαντιοτόμοι, ἀνδραποδισταί. ib. 86.

9. θανάτῳ articulo caret significatione supplicii iunctumque cum vocabulo iudiciali. cf. Proksch: Die Bedeutung von θάνατος. Philol. 37, p. 306.

9. εἰσάγειν proprie *introducere* in iudicium, ut 48,31 (ὁ ἄρχων) εἰσήγαγεν (ἡμᾶς τοὺς ἀμφισβητοῦντας) εἰς τὸ δικαστήριον, 44,59; 47,24; 26. Cum autem ὁ εἰσαγωγεὺς simul ἡγεμὼν sit τοῦ δικαστηρίου, actionem dat, diem constituit, instruit litem, curatque ut sententia iudicum sit rata. Mei.-Schoem.-Lips. p. 45 seq.

---

§ 48.

7. *παρὰ τοῖς ἕνδεκα.* Figuram habemus subiectionis (*ὑποφορᾶς*): proponitur quod obici et statim subicitur quod contra dici potest. cf. ad Herenn 4,24,33. Dissen ad Or. de Cor. 24. Cur Blassius signa interrogationis post *ἕνδεκα* et v. 10 *ἄρχοντι* deleverit, quae omnes editores exhibent, non video; Cornif. quoque l. c.: Subiectio est cum *interrogamus* adversarios, cet; atque sic Gebauer App. ad Lys. 12,40 et 12,86. Eodem modo hypophoram explicat Majewski (De subiectionis et occupationis formis quae inveniuntur apud Dem. 1887) p. 2, comparans 1,25; 18,24; 8,26, cet. Haec forma hypophorae crebrior videtur; quamquam non est necessaria (Straub, De tropis cet. p. 96 s.).

Hae interrogationes et *λύσεις* inducuntur per *ἀλλά*, quod toties repetitum habet quod offendat, neque facile apud genuinum Dem. reppereris. cf. Blass. Att. B. p. 151.

10. *ἐπικλήρων καὶ ὀρφανῶν καὶ τῶν τοκέων* cf. Mei.-Sch.-Lips. p. 55 seq.

Vocabulum *τοκέων* pro *γονέων* non est ex usu scriptorum sermonis soluti. Occurrit tamen etiam apud Lyc. Leocr. 147. Qui sint *γονεῖς* docet Isae. 9,32. De articulo, duobus substantivis non addito, addito tertio, cf. 15,17; 23,97 ibique Weber.

ἀλλὰ νὴ Δία. Apud oratores *νὴ Δία* numquam frequentius est quam in hypophora; Westermann ad 23,61; ibidemque Weber. Maiore cum vi structura fit *νὴ Δί' ἀλλά*, ut 18,117 cet. Locos vide apud Majewski u. s. p. 15 s. De subiectione cf. praeterea Volkmann Rhetorik[2] p. 260.

12. *βασιλεὶ — γυμνασίαρχοι — ἀσεβείας.* cf. Mei.-Schoem.-Lips. p. 62,64.

14. *πολέμαρχος*, ibid. p. 66.

ἀποστασίου. Harp.: *δίκη τίς ἐστι κατὰ τῶν ἀπελευθερωθέντων δεδομένη τοῖς ἀπελευθερώσασιν ἐὰν ἀφιστῶνταί τε ἀπ' αὐτῶν ἢ ἕτερον ἐπιγράφωνται προστάτην καὶ ἃ κελεύουσιν οἱ νόμοι μὴ ποιῶσιν.* Vide Mei.-Sch.-Lips. 388,620 s. Platner II p. 77 seq.

Idem s. v. *ἀπροστασίου*: *εἶδος δίκης κατὰ τῶν προστάτην μὴ νεμόντων μετοίκων.* Mei.-Sch.-Lips. p. 389 s. Platner II p. 75 s.

15. De *γε* in responsione Kühner II p. 734,4.

16. *στρατηγοί — τριηραρχούς.* Mei.-Sch.-Lips. p. 112, Ann. 217, et p. 121. cf. 39,8: *τίνα δ' οἱ στρατηγοὶ τρόπον ἐγγράφουσιν ἂν εἰς συμμορίαν ἐγγράφωσιν ἢ ἂν τριήραρχον καθιστῶσιν;*

16. *ὑπόλοιπόν ἐστιν οἱ στρατηγοί.* cf. 19,18: *ταῦτα δ' ἦν Φωκεῖς καὶ Πύλαι.* Ar. Thesm. 21: *οἷόν τί που' στιν αἱ σοφαὶ ξυνουσίαι.* Vesp. 58. Thuc. 4,26,3; 8,93; Heindorf ad Pl. Enthyd. 302 C; Krüg. Gr. 63,6. Non multum distat schema quod vocatur Pindaricum, de quo cf. Herwerden ad Eur. Ion 1146. Patet ex exemplis laudatis, nihil opus esse lineola post *ἐστίν*, qua Reiskius indicare vult aposiopesin quandam, cum orator dubitet quid adiciendum sit.

---

§ 49.

17. Post hypophoram, quasi scenae actionem, sequitur oratoris confutatio, inducta per *δέ*, ut 23,93; 20,105 vel *ἀλλά*, quod legitur 8,51; 21,41 cet. cf. Majewski u. s. p. 10.

18. *ἔμπορος* est qui per urbes ultro citroque commeat, *πλανήτης ἐπὶ τὰς πόλεις*, ut ait Plato de Rep. II 371 D. Quid intersit inter hos mercatores et eos homines qui audiunt *κάπηλος*, *παλιγκάπηλος*, *μεταβολεύς* (Dem. 25,46) docebit Büchsenschütz, Bes. u. Erw. p. 454 s.

19. *ἑνὸς τῶν ἐμπόρων.* Accedit *εἷς* ad significationem pronominis *τὶς*, qua posteriore aetate usurpabatur. cf. Schoem. ad Isae. 3,37. Locus vero quem citat, Xen. Mem. 3,3,12 aliter Schneidero, editori Xenophontis, explicandus videtur, cui assentior. cf. vero Schaefer Appar. IV p. 6 (ad p. 619, v. 10).

21. *ποῖ δεῖ εἰσελθεῖν τὴν δίκην.* Utrum Accus. *τὴν δίκην* pendeat a *δεῖ* an ab *εἰσελθεῖν* non liquet; potes enim dicere *ἡ δίκη εἰσέρχεται*, ut 21,78; 34,18; et *εἰσέρχομαι δίκην*, ut 21,6; 34,1; 28,17.

Raro ἐλθεῖν εἰς τοὺς δικαστάς legitur: 27,1; Lys. 31,1 editur ὡς (Cobet εἰς); Plato Gorg. 481 A παρά.

23. οὕτω δεινὸς ὅστις ἄν. De ὅστις Krüg. 51,13,10. Schneid. ad Isocr. 9,35. Frohb. ad Lys. 14,35. Quod legebatur οὕτως — ὅς 8,44; 10,15; 31,11 opera Blassii nunc scribitur ὥστε.

---

§ 50.

52. τοίνυν hic est μεταβατικόν, quo narratio pertexitur, ut 20,88; 54,10; 38; (saepe ἔτι τοίνυν 1,25; 22,21 cet: *iam vero*. Schneider ad Isocr. 9,41; Schaefer Appar. I p. 222), non συλλογιστικόν, quod in eadem re subsistit, plerumque colligit quae fusius exposita praecedunt, saepe post parenthesin, coniunctum cum iudicum allocutione, ut 23,18; 152; 21,19; 49,33; 50,11, cet. cf. Fox ad Orat. pro Megal. § 4; Weber ad Aristocr. § 18, 123; Frohb. ad Lys. 1,45. Nostra oratione hoc tantum loco particula occurrit; in genuinis vero orat. privatis semel in ternis paragraphis, quod patet ex computatione facta a viro d. Rosenberg. Jahrb. 1874. p. 109 seq.

27. χωρίς, cf. ad § 43. adde Fox ad Or. de Meg. § 18.

28. ἐσχάτους κινδύνους. Lipsius p. 300 e locis 34,37 et Lyc. Leocr. 27, ubi de eadem re ἔσχατος dicitur, concludit phasin (vide ad § 51), sequi posse ἀτιμίαν vel corporis poenam.

29. τὸ τούτου μέρος ut 43,78; 45,70; Kühn. II p. 272,15. Sed 44,59 ἐπὶ τὸ τῶν διαμαρτυρούντων μέρος quocum Rehd. ad Lyc. § 17 App. confert κατὰ τὸ τούτου μέρος Isocr. 20,8. Lyc. 97.

29. βοηθεῖν est vocabulum iudiciale. cf. 56,15: τὴν συγγραφὴν ἐν ᾗ τὴν ὑπὲρ τῶν δικαίων βοήθειαν ἔχομεν.

p. 941,2. ἴστε τὸν νόμον ὡς —. De anticipatione cf. Krüg. 61,6,2.

4. ἄλλοσέ ποι σιτηγήσῃ. cf. 34,37 et Lyc. Leocr. 27. Cum enim Attica esset λεπτόγεως, ut ait Thucydides, omniumque maxime Athenae egerent σίτου ἐπεισάκτου (Dem. 18,87; 20,31),

severe cavebatur legibus ne quis exportaret frumentum (Schol. ad 24,136), atque ut Athenienses saltem mercatores frumentum adveherent. Peregrinorum etiam naves frumentariae si in Piraeum appellerentur debebant duas oneris partes exponere. Harp. s. v. ἐπιμελητὴς ἐμπορίου. Böckh u. s. p. 104.

Dicuntur autem haec a petitore potius ad denotandum quam legem velit intellegi, quam quasi ad causam pertinentia; cardo enim in hac re vertitur, quod pecunia eius deportata est Chium; de frumento ab homine Chio eo vecto nihil legimus.

5. ἢ χρήματα δανείσῃ cet. Si strictiore sensu haec accipis, videtur omnis τόκος ἑτερόπλους interdictus esse; accipienda sunt de pecunia mutua data navis magistro vel mercatoribus qui non sint redituri Athenas, velut huic Chio homini de quo infra sermo est. Sic enim prohibetur pecuniam Atticam peregre mercaturae faciendae inservire, remque publicam denudari suis praesidiis. Contra Böckhium (p. 71 s.) assentior Platnero (der Process und die Kl.) II p. 358 s.: ille enim contendebat non nisi constituto onere quod rediturum esset licuisse fenus nauticum exercere (atque in lege nostra frumentum, ut summi momenti, primum locum occupare, post quod sequi ceteras merces), itemque Hüllmann, Handelsgesch. p. 162; sed de oneribus reportandis nil usquam legitur, nisi, quod par erat, feneratores per syngraphas constituere solitos esse ut merces, pignora scilicet sua, redirent; lege vero tale quid iuberi absurdum contrariumque foret utilitatibus mercatorum, ut bene demonstrat Platner, l.l. cf. 32,1: τὰς δίκας εἶναι — τῶν Ἀθήναζε καὶ τῶν Ἀθήνηθεν συμβολαίων.

---

§ 51.

7. μᾶλλον δέ 2,2; 18,297 et saepe. Formula est correctionis, ἐπιδιορθώσεως, de qua cf. Straub (de tropis, cet.) p. 104; Volkmann Rhetorik[2], p. 496; Blass. Att. Ber. III, 1,160.

7. αὐτὸν τὸν νόμον ut 19,38; 21,46; 52.

7. αὐτοῖς sic frequenter ubi scriba appellatur: 18,89; 23,178; 24,64.

9. ἀργύριον δέ. Particula δέ tum legitur, ubi pars legis, epistolae, decreti cet., recitatur e medio corpore sumpta, velut 19,181; 62; 58,23; 45,20; Ar. Aves 1035. Atque hic quidem pars recitari videtur legis mercatoriae; cuius initio fortasse de frumento agebatur, vetabaturque id alio portari quam Athenas; quod nunc ita extenditur, ut pecuniam quoque collocari in navibus aliorsum talia onera vehentibus vetetur (sic Salmasius, de Modo Usurarum p. 194,195.); quam ob causam ἀργύριον cum vi praeponitur.

Itaque versu 12 ante σῖτον inserendum puto τόν ut sit: *frumentum impositum*; alioqui interdicitur ne quis contrahat in aliam navem quam frumentariam, quod vel nostra oratione redarguitur. Ad causam vero de qua agitur, hic legis locus nullius est momenti; quocirca actor (a quo exscriptam formulam legis recitat scriba) ad sequentia properat per verba v. 13: καὶ τἆλλα — αὐτῶν, quae mihi quidem (in hac re Böckhium secuto) non ad legem pertinere videntur, neque poena de hoc delicto constituta vv. 14 et 15 quidquam attinet ad causam petitoris; utrum v. 16: καθάπερ — κατὰ ταὐτά petitoris sint an legis, non diiudicarim, quamquam *in lege* εἴρηται pro γέγραπται mirum videtur (*de* lege dicitur Antiph. 6,4; Thuc. 1,139,2). Sed in quibus pondus inest, illa sunt quae sequuntur, καὶ δίκη cet., in quibus αὐτῷ v. 17 deleri malim ponique τις post ἐκδῷ. Non enim de eodem delicto agunt de quo v. 14,15: ἐὰν δέ τις — ἐπιμελητάς: nam in quem phasis, actio severa, intendi poterat, huic profecto non opus erat lege interdici quominus ipse de hac pecunia lege ageret. Sic intellecto et constituto loco omnia rite proce-

dunt; ut Böckhium in hac re sequerer non potui mihi persuadere; Büchsenschütz quoque p. 547 non videtur concoxisse quae ille profert. Iam videamus de singulis.

De infinitivo ἐξεῖναι cui v. 17 respondet imperativus ἐξέστω, in legibus frequenti, consule Kühner II. p. 589.

9. ἐκδοῦναι: *elocare*, ut 52,20; Isocr. 7,33: τὰ ἔξω δοθέντα idem quod ἔκδοσις, D. 27,11; 29,36; 52,20.

10. De inquilinis non solum μετοικεῖν, sed etiam οἰκεῖν dicitur. Mätzner ad Lycurg. § 21, p. 119.

11. ὧν κύριοί εἰσιν: impuberes et mulieres quorum tutelam habent. Fuerunt qui putarent pugnare hoc cum lege quadam qua vetitum esset pupillorum rem nautico fenore elocare; quam legem numquam extitisse patet e Lys. 32,25, ubi non fenus reprehenditur, sed fraus in eo commissa. Lipsius ad Mei.-Sch. p. 559. Κύριος autem, ut ait Schoem. ad Isae. 1,10, pertinet ad facultates, ἐπίτροπος ad personam pupilli; cf. locum 36,22; 27,55 videtur ἐπίτροπος dictum propter praecedens ἐπέτρεπε. Latiore vero sensu legitur 27,19, ubi idem est quod *procurator*.

14. φάσις: actio data in eos qui fraudem fecissent fisco. Actori si causam obtinuisset τὰ ἡμίση τῶν φανθέντων iure competebant; cf. 58,13, et Mei.-Sch.-L. 296 s.; de causis mercatoriis (D) 58,12.

15. ἀπογραφὴ τοῦ ἀργυρίου: *perscriptio bonorum* ut publicentur; hoc quidem loco, ut placet Meiero (d. Att. Pr. p. 308, ann. 315), *computatio* pecuniae contra legum mutuae datae, adiuncta τῇ φάσει.

15. τοὺς ἐπιμελητάς scil. τοῦ ἐμπορίου, decem viros sorte quotannis designatos, qui res ad portum pertinentes curabant, imprimis ne leges de portoriis et mercibus importandis migrarentur; cf. 58,8 s. et Mei.-Sch.-Lips. p. 98 seq.

16. καθάπερ τῆς νεὼς — εἴρηται: sic Blass secundum codices F et Q scripsit pro καθὰ περὶ τῆς cet., quod edunt Reiske, Bekker, Schaefer, Dindorf. Atque habet genetivus quo defendatur; cf. exempla in Kühneri Gramm. II p. 311 s. f; velut Plato de Rep. 439 B: τοῦ τοξότου οὐ καλῶς ἔχει λέγειν ὅτι — (ubi

Stallb. explicat: τοῦτο τοῦ τοξότου), et vide Nauck ad Soph. O. C. 355: μαντεῖα ἃ τοῦδ' ἐχρήσθη σώματος. Comparandus est Gen. pendens e subst., de quo Frohb. ad Lys. 1,36; Schoem. ad Isae. 9,19; Westermann ad 18,99 et 54,24; Krüg. ad Thuc. 1,140,4.

Cum καθάπερ — κατὰ ταὐτά (non ταῦτα) cf. 23,41 in lege inserta a Demosthene ipso; 23,89; Ar. Aves 1041, ubi male Blaydes: „corrigendum suspicor ψηφίσμασιν οἷσπερ''.

---

§ 52.

19. ὁ μὲν νόμος cet. Transitus valde usitatus: 46,20; 36,26; 40,20 cet; cf. ad § 24 et 35. Plura exempla apud Gebauer, Append. ad Lys. 12,48.

20. μιαρώτατοι ἀνθρώπων ἁπάντων. Sic 8,58: ἀνοητότατος πάντων τῶν ὄντων ἀνθρώπων, cf. 23,6; 9,14; 20,145; 28,16; 19; 59,12: ἀνανδρότατον ἀνθρώπων, qui Genetivus, omisso πάντων, plerumque cum adverbiis legitur constructus, velut 27,18; 26; vide exempla in Astii Lexico Platonico, et plura apud Weber ad Aristocr. § 6; Dobree Adv. p. 78, vol II ed. Wagner.

21. γεγραμμένον. Sic Cobet (Miscellanea Crit. p. 86) corrigit; lectio vero iam ita dabatur a Reiskio, Bekkero, Schaefero. De Accus. Absol. cf. Krüg. 56,9,5. γεγραμμένον sic etiam Thuc. 5,56,2 legitur. Omnia exempla ap. Dem. obvia collegit Schulze diss. supra laudatae p. 59; cf. Schneider ad Isocr. 4,53; Frohberger App. ad Lys. 30,2; ad Lys. 14,10; Gebauer App. ad Lys. 13,84; Mätzner ad Lyc. p. 201; Krüg. ad Thuc. 1,125.

22. πάλιν ἥκειν. Pleonasmus frequens, de quo cf. Schneider ad Isocr. 9,56; Rehd. Ind. II p. 179 s. voce Pleonasmus. Ad ἥκειν de *rebus* cf. ad § 10 πλεύσεται. Sic Xen. Hell. 7,2,13; 2,2,3; Anab. 5,5,2.

22. ἐπέτρεψαν c. Acc. c. Inf. non ita frequens est: Xen. Anab. 7,7,8; Lycurg. Leocr. 115 (ubi vide Mätzner) ad analogiam

verbi ἐάν. De Chiorum mercatura cf. Hüllmann Handelsg. p. 53 s.; Büchsenschütz p. 396.

p. 942,1. ἐκεῖνον referendum ad nomen proxime antecedens, ut 18,148; Thuc. 2,11,4; 5,57,2. Heind. ad Pl. Phaed. 111 B. Schneider ad Xen. Cyr. 5,2,28 citat ib. 4,2,12; 4,5,20; 5,2,32. cf. Rehd. ad X. Anab. 7,3,4; Stein ad Herod. 2,136 medio.

---

§ 53.

2. μετὰ τοῦ Φ. ναυκλ. καὶ μετὰ τοῦ Χ. Praepositionis iteratae in coniunctione copulativa, ut 3,25, 18,109, vide exempla a Poppone congesta ad Thuc. 7,56,2. Plerumque omittitur altera praepositio, ut demonstrant Westermann ad 9,2; Weber ad Aristocr. § 30. De omissione in aliis coniunctionibus cf. Schneider ad Isocr. 1,25; 9,3; Mätzner ad Lyc. p. 257; Frohberg. ad Lys. 10,7, et de Romanorum usu Nägelsbach, Lat. Stilistik § 121.

8. Cur non impedierit creditor ne aveheretur debitor, non liquet, neque hic neque in simili re 32,29.

4. ὁρμίζονται ἐν — εἰς δὲ — οὐχ ὡρμίσαντο. Variat praepositio posita apud verbum ὁρμίζεσθαι. Legitur εἰς (Dem.) 7,15; Thuc. 1,46,2 (sed ib. 3: ἐνταῦθα ὁρμίζονται); 3,76; 8,11,1; Xen. Hell. 1,4,18: πρὸς τὴν γῆν, sed Thuc. 2,86.2: ἐπὶ τῷ Ῥίῳ. Contra ἐν X. Hell. 5,125; Herod. 9,96 αὐτοῦ.

Consulto saepe indulgetur studio variandi, praesertim in praepositionibus. cf. exempla ap. Rehd. Ind. I s. v. Wechsel.

Quod ad rem pertinet, videtur Apollodorus pecuniam e mercibus distractis reliquam, centum stateres, mutuam dedisse ut τόκον ἑτερόπλουν faceret Chium petens, unde rursus δάνεισμα ἑτερόπλουν Athenas faceret; saepe ita quibus iter transmarinum est faciendum pecuniam collocant, ne interdum ἀργά sit. cf. 34,6 et 8; 56,29; Hüllm. Handelsg. p. 173. Ita navigasse in Aegyptum Platonem (Plut. Solon 2) suspicatur Böckh, I p. 54e.

---

§ 54.

9. ὅπερ — ὑπεθέμην — ὅτι — ἀδικεῖσθε. Cum hac constructione, qua non intellecta Reiske et G. H. Schaefer sanare se putant locum emendationibus proponendis, cf. Pl. Lys. 204 D: καὶ ὅ ἐστι τούτων δεινότερον, ὅτι καὶ ᾄδει. Laches 184 B: ὃ οὖν εἶπον, ὅτι. Ar. Ran. 108 s: ὧνπερ ἕνεκα ἦλθον — ἵνα μοι τοὺς ξένους φράσειας, quod secus explicat Kock; interpungendum enim est post v. 111. Infinitivus sequitur Plat. Hipp. Min. 368 C: καὶ ὅ γε ἀτοπώτατον, αὐτὸς πλέξαι, sequitur sententia absoluta per γάρ introducta (D.) 48,46. Pronomen relat. indicat quae secutura sint; omissum videtur τοῦτ' ἐστί, vel solum ἐστί viris d. Schoem. ad Isae. 120; Stallbaum ad Plat. l.l.; Kviçala vero quae proponit (Symb. Philol. Bonnensium, 1867, p. 659) omissum esse ἐστί, ita ut sententia per ὅτι incipiens sit subiectum, prior sententia praedicatum (cf. Lys. 19,25), tum sententiam relativam in brevius esse contractam (δεινότερον δὲ τούτων, μέγιστον δὲ τεκμήριον) haec nimis videntur artificiosa. Vide praeterea Rehd. Append. ad Lycurg. 56; Weber ad Aristocrateam 23,19 (p. 540; 597,6). Non conferendi sunt loci qualis est Pl. Euthyd. 304 C, quem affert Stallbaum l.l., ubi pronomen relat. non prospicit ad sequentia sed ad praegressa respicit, de quo usu vide Kühner, II p. 941,2.

9. καὶ ὑμεῖς ἀδικεῖσθε. Ut in exordio ponitur, quo attentiores fiant iudices, sic hoc argumentum valet in fine orationis, ut momenti aliquid afferat ad eos permovendos; cf. 22,1; 23,1; 20,2; 24,8; 50,1 et 54,41; 43,72; 56,50.

12. τῶν νόμων κρείττων fieri contendere reum, saepe vitio datur: 21,66; 26,8; 42,15; 44,15; 58,15.

16. πῶς οὐ affirmat. Kühner II p. 1022,9. De interrogatione in fine periodi iterata Schoem. ad Isae. 9,15.

16. ὁ τοιοῦτος ἄνθρωπος *hic qui talis est qualem descripsi*; Schneider ad Isocr. 4,82; cf. Kühner II. p. 544,5; Krüg. 50,4,6. Cum tota paragrapho confer 48,55.

§ 55.

Incipit ἐπίλογος, *peroratio*: breviter summas res colligit orator (§ 55), oratque iudices ut sibi auxilientur (§ 56), quae partes apud rhetores *enumeratio* et *conquestio* (*commiseratio*) vocantur (Cornif. ad Horenn. 2,30,47; Cic. de Inv. 1,52,98); atque huic adiuncta est *amplificatio*, quae demonstratur utilitas condemnationis (cf. Cornif. ib. § 48).

Quibusdam orationibus privatis (29, 30, 31, 37) deesse perorationem notavit Sigg. u. s. p. 415; cf. Volkmann Rhetorik[2] p. 262 s. Transitur ad epilogum per μὲν οὖν ut saepe: 4,51; 15,35; 34,52; 43,84; 56,50; 59,126; Fox ad Or. pro Megal. § 32; Frohb. ad Lys, 14,46.

17. ἐστὶ πρὸς τούτους ὁ λόγος ut 16,18; 20,68.

21. ἄνευ ἡμῶν. Thuc. 2,70,3; 72,3; 4,78,3; 8,5,2; Xen. Hell. 3,4,26 cet. Krüg. 68,18. A.

22. ἴσμεν τίνα ἐστί. De pronom. interrogativo cf. Krüg. 51,17,2. Quin etiam Graeci, ut ait Lobeck ad Phryn. p. 57 ann., data opera pronomina ἀναφορικά et ἐρωτηματικά commiscuerunt in interrogationibus obliquis, repetitionis effugiendae causa. Sic Plato Crit. 48 A, ubi Stallb. addit Gorg. 500 A; 448 E; Charm. 160 D.

23. αὐτοὶ οὗτοι cf. ad § 2.

---

§ 56.

26. Ad κολάζειν vide Aristot. Rhet. 1,10,17: διαφέρει δὲ τιμωρία καὶ κόλασις. ἡ μὲν γὰρ κόλασις τοῦ πάσχοντος ἕνεκά ἐστιν, ἡ δὲ τιμωρία τοῦ ποιοῦντος ἵν' ἀποπληρωθῇ. Quae finitio, fusius tractata a Gellio (N. Att. 7,14), non semper observatur ab auctoribus; nostro vero loco κολάζειν concinit cum iis quae sequuntur: περιαιρήσεσθε cet.

27. καὶ ἐάν saepe in peroratione post δέησιν vel adhortationem: 2,31; 14,41; 26,27.

28. ὑμῖν — ἔσεσθε ἐψηφισμένοι καὶ περιαιρήσεσθε τῶν πον. ἀνθ. Chiasmus, de quo cf. Dissen ad or. de Coron. § 163.

Futur. Exactum coniunctum cum Futuro ut 3,6; 20,166; 25,2 cet. Frohb. ad Lys. 12,200.

Propria significatione, tollendi quae circumdata sunt, legitur περιαιρεῖν e. c. 26,5; 9,58.

29. τῶν πονηρῶν ἀνθρώπων. Malorum hominum poenas utiles esse rei publicae, saepe, ut par est, commemoratur in peroratione; locus est amplificationis (Cornif. ad Herenn. 2,30,48). Mätzner ad Antiph. 2,γ,11, et ad Lycurg. § 9, p. 91, § 10 p. 94; Frohberg. ad Lys. 12,35.

p. 923.2, πανουργοῦσι περί ut ἀδικεῖν περί τι 21,1; 9; 11 cet. Frohb. ad Lys. 31,24.

THESES.

I.

Aeschyl. Suppl. 794 seq.

ἦ λισσὰς αἰγίλιψ ἀπρύς —
δειχτυς οἰόφρων χρεμὰς
γυπιὰς πέτρα.

Legatur: *ἀπρόσμειχτος*: *inaccessus.*

II.

Pind. Nem. V, 6:

οὔπω γένυσι φαίνων τέρειναν ματέρ' οἰνάνθας ὀπώραν.

Legendum est: *μάρτυρ' οἰνάνθαν ὀπώρας.*

III.

Pind. Pyth. IV, 198 seq. omen precantibus nautis:

λαμπραὶ δ' ἦλθον ἀκτῖνες στεροπᾶς ἀπορηγνύμεναι
ἀμπνοὰν δ' ἥρωες ἔστασαν θεοῦ σάμασιν
πιθόμενοι.

Conicio: *ἀμβοάν — — — ἔστασαν.*

IV.

Soph. Philoct. 902 seq. postquam Neoptolemus dixit:

ἅπαντα δυσχέρεια, τὴν αὑτοῦ φύσιν
ὅταν λιπών τις δρᾷ τὰ μὴ προσεικότα

sic respondet Philoctetes:

ἀλλ' οὐδὲν ἔξω τοῦ φυτεύσαντος σύ γε
δρᾷς οὐδὲ φωνεῖς, ἐσθλὸν ἄνδρ' ἐπωφελῶν.

Scribendum: *τοὐμφυτευθέντος*.

V.

Soph. Electr. 693 seq.

'Αργεῖος μὲν ἀνακαλούμενος
ὄνομα δ' 'Ορέστης τοῦ τὸ κλεινὸν Ἑλλάδος
'Αγαμέμνονος στράτευμ' ἀγείραντός ποτε.

Lege: *σπορά*.

VI.

Lucret. VI, 755 pro:

Sed natura loci *ope sufficit* ipsa suapte

quod edidit Munro (Ms. *opus efficit*), lege: *sponte* efficit.

VII.

Iniuria Cornelissen loco Tac. Agric. c. 15:

Iam Britannorum etiam deos misereri, qui Romanum ducem absentem, qui *relegatum* in alia insula exercitum detinerent

recepit coniecturam Lipsii, legentis *religatum*.

VIII.

Errat W. Christ (Abh. d. Kön. Bayer. Akad. d. Wiss. I Cl. XVI Bnd. III Abth. p. 172 seq.) contendens Atticum, editorem Demosthenis, non fuisse Titum Pomponium.

IX.

Seneca auctor est satirae quae dicitur Apocolocynthosis.

X.

Schwabe (Quaest. Catull. p. 280) fallitur perhibens Volusium, cuius annales irridentur a Catullo (Carm. 36; cf. Carm. 95) eundem fuisse quem Tanusium Geminum, rerum scriptorem.

XI.

Mommsen (Röm. Staatsr.[2] II, 1, p. 145) non est sequendus, dictatorem affirmans fuisse collegam maiorem consulum.

XII.

Xenophontis Anabasis ut opus historicum summa cum circumspectione est consulenda.

XIII.

Taciti de morte Germanici expositio vituperanda est.

XIV.

Non possumus improbare viam a Tiberio Graccho contra M. Octavium initam.



